


Hist. nat.
V
Chu.289.

Phisionomia hinc inde ex illustribus scriptoribus: per venerabilem virum Magistrũ Joannẽ Blogovienſem diligentiſſime recollecta.

RVDOLFVS AGRICOLA IVNIOR.

Pulchrum eſt humanæ ſilum nouiſſe figuræ,
Quid facies, vultus, membraq; tota notent.
Blandus habet lachrymas crocodili palpo, nec vnq̃
Fallere te poterit, ſi legis iſtud opus.
Quam ſequeris quamcumq; artem prius inſpice, ſi te
Naturæ doceant ſemina prima tuæ.



BIBL. UNIW. WROCŁAW

446622

Stirp. nat. V. a.

Kat. Centr.

RVDOLFVS AGRICOLA IVNIOR POETA
a Cæsare Laureatus. Andreæ Carduczio, Alexan/
dro ex Bario, Camillo Lampugnano, Vespasia/
no Doctulæ, Ferdinãdo Carlino, Ascanio
Musitano Serenis. Dñæ BONAE
Reginæ Poloniæ a ministerio,
discipulis nunquam pœni/
tendis. felicitatem

MARCVS Scharpfenberger Bibliopola Graccouiensis libellũ Phi/
sionomię nobis obtulit non vsquequaq; aspernabilẽ Ioannis Glogouiẽ/
sis Philosophi & nõ obscuri nominis Astrondmi, quẽ epistolio nostro
velut thorace & clypeo q̃dã in prliminari statim pagina muniremus.
Antiq̃rum ille rerum plurimũ studiosus est, impẽdioq; operam nauat,
ne doctorũ hominũ labores æternis inculcẽtur tenebris, penitusq; oblit
terentur. Quod si/quę nõ omnibus suboleant, legetis, nec erat qui ver/
borũ lenociniũ quęrebat, & Affricanam quandã eloquentiã, Ingenio
& subtili altissimarũ rerum indagini veritatẽ absq; vllo dictionis fuco
adesse voluit. Subcisiuis itaq; horis postq̃ ab Illustrissimę D. BONæ
Reginę Poloniæ ministerio feriati fueritis, Illud vestro nomini dedicatũ
opusculũ legite, introspicite, & qbus auctoribus, quãta gloria prisc
illis hominibus humanæ constitutionis ratio celebrata fuerit, monen/
te lectione, condiscetis, nullum enĩ vnq̃ cuiuscunq; notę fuerit librum
esse contemnendum Plinius docuit, atq; aliqua ipsum ex parte vtilem
esse memorię ꝓdidit. Id ipsum contra audaculos dictum fuisse, & semi
doctulos criticos censuerim, quibus prꝫter inane & elumbe carmẽ, nec
solidarum disciplinarum eruditio ad manum est, qui vbi mutum quẽ/
dam syllãbarum tenorem assecutos se gloriantur, in omnes doctos,
publice & priuatim, dicere & scribere ausi sunt, qui si felicis adeo
& fecundi ingenij essent, vt vere doctorum hominum inuidi
am mererentur, essent qui homũculos illos sacrosanctę
Mathescos disciplinis/ omni & scribẽdi & dicendi
genere, vel summę dumtaxat eloquẽtię suffi/
tu natiuę eorũ hebetudinis & ignorantię
conscios redderẽt. Vos ingeniosissi
mi adolescentes bene & felici/
ter agite GRACcouiæ.
.1518.

Ex
Bibliotheca
Reg. Univers.
Vratisl.

In artem Phisionomiæ Corporis humani Prohemiũ, quã
prisci Philosophi, Aristoteles, Philomon, Philare/
tus, Galenus, Cõstãtinus, Rasis Almãsoris
cæteriq; phiæ amatores, diligẽtissi/
mo studio cõcripserũt.

MAgnam cõditoris summiq; dei sapientiã in humani corpis
formatiõe conspicim⁹. Mirabili enĩ q̃dam cõpositione cor
pus humanũ maiestas diuina effinxit. Et naturę quæ iuxta
Platonis sententiã eius uoluntas & ministra existit similitu/
dine tali, vt aliorũ hoĩum corpa formaret virtutẽ dedit & artẽ. Maxĩs
denicq; donis hominẽ p̃ cęteris animalibus in corpe & aĩa extulit & or/
nauit. Corpus qdem tale homini dedit, qd' cõplexionis suę tpamento
& nobilitate omniũ brutorũ corpa antecidit. Prclare inqd ille Auicen
na artis medicine princeps prima Fen primi canonis. Donauit aũt De⁹
hoĩ cõplexionẽ tpatiorẽ, quã in hoc mũdo esse est possibile. Ouidi⁹ et
primo Metamorphoseos elegãti sermone subfictiõe tñ hũani corpis fa
ctionẽ describit cũinqt Sãcti⁹ his aĩal mẽtisq; capacius alte. Decrat ad/
huc, & qd' dñari in cętera posset. Natus hõ est, & subiũgit. Os homini
sublime dedit, cœlũq; videre iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.
Ex parte et animę homo inter oĩa mortalia viuentia principatũ tenet.
Est enĩ anima humana opus dei quã ex nihilo creans in corpus impo/
suit, vt uirtuti incũbens, & bonis ornata operibus ad suũ conditorẽ re/
diret, cũ eoq; ęternalit cõmaneret. Ipsa et imortalis diuinicq; eẽ imaginẽ
in se habet. vnde scriptura inqt, Faciamus hoĩem ad imaginẽ nostram,
quod non ad corpus, sed ad animam est referendum. Recte itaq; homo
omniũ mortaliũ excellens naturam omnis creature, & finis rerum om/
niũ (vt 2. phisicorũ probat Aristotelis) existit.

Argumentũ in artis phisionomiæ ueritatẽ, quomodoq;
prisci philosophi eã ueritatis scientiam ostendunt, propri/
etatũ & conditionũ humanarũ disciplinã. quomõq; hi cõ
futandi sunt qui hanc scientiã uanam & inutilẽ dicũt.

Plurimorum hominũ est conditio ea impugnare quæ ignorant, aut eã
vtilia non esse ad quę eorũ ingeniũ non est ꝓparatũ. Quilibet enĩ hanc
disciplinã maxime insequit ad quã a natura inclinatũ habet ingeniũ.
Inquit enĩ Hali habenrudiani in ꝓhemio centũ verborũ sapientis Pto
lomei. Frustra quis laborat de re ad quã aĩa non est preparata. Cũ vero
multorũ hominũ ingenia res subtiles capere non possũt, hęc studia in/
vtilia raputant q̃ circa res subtiles & altas versantur. hi recte de genere
pecudũ sunt, qui ultra sensibilia cõsurgere nõ valẽt. Maxime hi studiũ

phisianomię abiectū q̄dām̄ prohibitū vanū & inutile affirmant, nec aliquā veritatē in sciendo conditiōes & proprietates hominū ex studio phisionomiæ aliquē opinant cognoscere, horū inscitiā stultāq; uesaniā Aristoteles oim phiorum princeps in eo libello quē de phisionomię arte conscribit elidit & destruit. Audiāt huius libelli exordiū & verā scientiā phisionomię cognoscant. Inquit Arist. sic in principio. Quoniam animę sequunt corpa, cuius ꝓbationē Arist. a signo sic declarat, hoc enī manifestū est ī ebrietatib⁹ & cęteris egritudinibus, in q̄bus cū corp⁹ impeditū est, & aię iudiciū distrahit. Multū enī anime imutari vident passiōibus corpis, & ecōuerso corpus passionibus aiæ immutat, vt in amore illicito tristitia ceteriscq; delectationibus ostenditur. Q̄nidā enim sunt hoīes q in duris & manifestis periculis eueniētibus nihil prouocāt ad iram nec timēt ꝓpter cōplexionem firmā & cōstantē in eis, habētq; tales multū de sanguine, & corda calida. Alij sūt q a paruis & infirmis periculis mouent ad iram, quoniā eorū corpus irascibile dispositū est, vt in colericis calidū sanguinē habentibus & leuē, qui cito sursum cōmouetur. Amplius & hoc manifestat in his q timētes sunt ex corporis sui indispositionibus, sicut multis accidit viris, qui sicci sunt & frigidi, pauci spiritus & pauci caloris, hij ad sonitū decidentis folij ab arbore timent & mouent. Vñ, & hi qui humore melancolico abūdant ut Auicenna scribit in loca abscondita & secreta fugiunt, timētes cœli ruinam & casum. Concludit Arist. Phisionomia est ars & scientia q̄ ex corpis liniationibus & coloribus ex leuitate denicq; motus voce & carne partibusq; corpis ceteris. accidentia naturalia hoīm & ꝓprietates diiudicat.

¶ ARGumentatur inquit Constantinus phūs ex varia corpis humani habitudine uariarū ꝓprietatū & conditionū in corpore humano significatiōes. Ad pñs vnū de corde humano sufficiat argumentū. Et quēadmodū de corde hoīs scribunt phi, sic de ceteris mēbris totoq; corpe hūano est intelligendū. Cordis enī humani paruitas audaciā facit, magnitudo timorē. In paruo .n. corde calor strictus est & sāguis calid⁹. In magno aūt corde calor dilatat & sanguis est frigidus q est causa timoris. quēadmodū in magna domo ignis puus parū calefacit. Vnde animalia q̄ magna habent corda vt lepus, asinus, ceruus timida existunt. Hirsutū etiā cor inqt Plinius homīes fortissimos & industriosos valde ostendit, ut hoc deducetur inferius. Sic & nasus magnus iuxta Aristelis sententiā impudiciā notat. acutus inuidiā. Pitagoras ēt huius artis veritatē cōcedit. Adolescentes enī q se Pitagore disciplinæ offerebāt, ipse eorū mores, naturā, ingeniū, ex totius corpis habitudine cōsiderabat, & qui corporis agilitate vigebant ad studiorū disciplinā admittebat. Alios uero quos corpis imbecillitate aggrauatos nouit, ad mechanica opera tales adolescentes applicandos ꝓsuasit. Audiant & hij Socratis testimoniū, discipuli enī sapiētis Socratis formā & imaginē depinxerunt Philomonicq; phisionomo ad iudicandū offerebant, & quę conditiōes, qui mores huius essent hominis, cuius foret hęc pictura inquirunt. Inquit Philemon. Iste homo lasciuus, impudicus, inuidus, deceptor, & oīm malicia plenus est. Quid inqt dicis o stulte, Socratis discipuli obiciūt Philemoni. Hęc pictura & forma sapiētissimi est Socratis cui modo in mundo similis non est. Respondit Philemon, ex mea scientia iudiciū dedi, & q̄ sentio iudico. Socrati discipuli quid Philon iudicarit ostendūt. Recte inqt Socrates Philemon dixit. Ratio me regit non sensus, a natura ad talia mala inclinatus existo, sed quoniam turpia & mala aspicio, animā meā ad meliora deflexi, concupiscentięq; męę regimen instituī. Hęc ille. Concludit Constantinus, quēadmodū enim in maiori mundo qui totū vniuersum est stellę, cœli, & planetę signa sunt ex q̄bus ea quę naturali eueniūt ordine p̄nosticant. Sic & in minori mūdo qui homo est ex varia corpis hnmani dispositione hominū ꝓprietates & inclinationes & viuendi modi cognoscuntur. In exteriori itaq; corpis dispositione eorū q̄ intus sunt designant ꝓprietates. Recte enī 2. de anima Arist. dixit, Molles carne aptos mēte dicimus, duros aūt ineptos. Priamus ille q̄ corpore pulcher fuit, dign⁹ imperio putabat. Indeformi enī corpore & morū turpitudo exstitit. Corpus vero pulchrū testimoniū virtuti prębet. Inquit Constantinus, verꝫ Plato dixisse legitur, Sub q̄cunq; pelle viuax posse latere ingeniū. Magis tñ hi ingeniosi iudicantur, qui decēti & pulchra forma a natura sunt exornati. Hęc ille. Patet ergo huius artis defensa & veritas. vt aūt huius nostri propositi modus procedendi ad discendū sit facilior, huius tractatuli processus in differencias aliquas est distinguendus.

Differentia Prima omnū partiū humani corporis, Generalem ex rei proprietate continens denominationem.

Omniū medicorum princeps Auicenna .21. Fen tertij canonis. membra quattuor principalia corporis humani testatur, cor, epar, cerebrū, & mēbra gignitiua. Cor quod est principiū virtutis vitalis. Epar quod est principiū virtutis naturalis. Cerebrū quod est principiū virtutis animalis. Et membra gignitiua quę sunt principiū virtutis generatiue. Inę que cor principale existit, eo q̄ scdm Arist. in libello de longitudine & breuitate vitę, cor est primū viuēs & vltimū moriens. Res itaq; necessaria vtilisq; creditur omniū membrorū humani corporis in hac differētia describere nomina, & quare sic a primis phiæ doctoribus sunt vocata. sic enī certius vnius cuiusq; mēbri proprietates, propriaq; intelligetur significatio, quid siue de bono, siue de malo in proprietatibus & conditionibus signat humanis. Cum aūt caput hominis membrum sit supremū recte a capite est incipiendum.

¶ Caput inquit Varro a capiendo dictum est, eo q̄ à capite omnes sensus & nerui suam capiūt originem, atq; omnis cognitio ex eo ortū habet. Ibi enī omnes sensus apparent qui principiū sunt omnis cognitiōis. Est aūt dispositio capitis scdm Mundinū in anathomia sua figurę spherice leuiter p̄ssę ex vtraq; parte, ita q̄ scdm anteriores & posteriores partes gibbositatē aliqualē habet, scdm vero dextrū & sinistrū planiciem, & hęc dispositio capiti congruit, ut idem Mundinus scribit propter distinctiones uentriculorū & cellularū cerebri in quibus residēt q̄nq; sensus interiores. Est aūt caput hois magne quātitatis respectu capitis in alijs aialib⁹ q̄ cū hoīe in magnitudine conueniūt. Habet enī caput continere cerebrū, quod maius est in hoīe q̄ in alio animali ciusdē q̄ritatis propter cellularū & ventriculorū distinctiones. Quid aūt significet caput magnū vl̄ paruū in hoīe in dr̄ijs dicet̄ seq̄ntib⁹.

¶ Vertex suprema pars est capitis, qua capilli & crines colligunt̄. vñ à vertēdo vertex dicit̄, q̄a in ea cesaries & crines vertunt̄.

¶ Caluaria locus est patens in fronte hominis super duo supercilia, & dicitur caluaria quasi carens capillis. quid autem significet caluicies, & vnde causatur inferius dicetur.

¶ Sinciput capitis pars anterior, dicitur sinciput quasi sincera & pura pars capitis, q̄a est patens, ꝓpter capillorū absentiam.

¶ Occiput pars posterior capitis, quasi contra caput, uel quia est retrorsum capitis, ab ob & caput. dicitur etiam Occiput quasi occidua pars capitis, id est posterior.

¶ Interciput pars media inter sincipur & occiput, quasi mediū capitis, quid aūt significet dispositionis uarietas partium capitis dicetut pulchre inferius.

¶ Capillus dicitur capitis pilus, facti aūt sunt capilli, ut decorem & ornamentū p̄stent, & cerebrū aduersus frigus iuuant, atq; sole defēdant, ꝓduxit itaq; natura ex intentiōe & fine capillos, caput enī est expositū rebus exterioribus alternātibus cerebrū, per capillos caput a nocētib⁹ defendit. vñ in regiōib⁹ frigidis hoīes capillos nutriūt & multiplicant, in regionibus autē calidis radunt & abscindunt. ¶ pili dicti sunt a pelle ex q̄ oriuntur. Caput enī est cāminus totius corp̄is, & recipit in se fumosas supfluitates a toto corpe, q̄ sunt materia pilorū, vñ p cutē egrediunt̄, & vocant̄ pili magni, q̄ capilli dicunt̄, si enī fumitates ad caput missi sunt rigidi & grossi ut in colericis, generant̄ inde capilli duri crispi & nigri rōe caloris, si vero leues & mites illi fumi fuerint, generant̄ inde capilli albi & plani, ut in flegmaticis. ¶ Cesaries dicitur a cedēdo, q̄a p̄scinditur & est virorum. ¶ Comę sunt crines non cesi ut in mulierib⁹, alij dicūt q̄ in brutis. ¶ Crines sūt capilli a discretione dicti, & sūt ꝓprie mlierę, dicti aūt sūt crines, q̄a vittis discernūt̄.

¶ Tempora sunt dextra & leua capitis loca, & dicuntur tempora, q̄a p̄ ea tempus hoīs noscit̄ si senex aut iuuenis existat.

¶ Facies est naturalis effigies & forma hominis, dicitur a facio, q̄a facit noticiā hominis, uel q̄a a natura est facta. ¶ Vultus dicit̄ quia per eum voluntas ostenditur, vultus ergo est dispositio hominis secundū diuersos affectiones animi, q̄ modo lęta mō tristis existit.

¶ Frons a ferendo dicitur eo q̄ inditia animi præ se ferat, est enī læticię, tristicię, clementię, seueritatis indiciū. varro tū a foramini bus oculorū frontem nominat, & est frons imago quędam mentis cum dispositione sua mentem ostendit.

¶ Oculus ab oculo, id est abscondo dicit̄, q̄a superciliorū tegmina oculū abscondunt & occultāt, ne alicuius rei occasione ledat̄, vel q̄a lumen occultū habet & secretū vel intus positū. In oculis est enī mētis indiciū, vnde & animi p̄turbatio & hilaritas in oculis apparet. ¶ Pupilla est medius punctus oculi in quo est vis videndi, vbi imagines vident̄ rerū, propterea pupillę à puppa dicte sunt. Dicit̄ etiā pupilla quia pura est & impolluta sicut puella. ¶ Palpebre dicte sunt a palpitando hoc est tremendo vt plurimi volūt, q̄a mouent̄ & in motu sunt, Sunt aūt palpebre ut dicit Isidorus sinus oculorū cōcurrētes ad inuicē ut continuo motu reficiant oculū. Munite aūt sunt palpebre vallo pilorū ut apertis oculis si quid inciderit repellat̄, & in somno ut oculi eis inuoluti quiescant latētes. ¶ Cilia sunt tegmina quibus tegūtur oculi, dicta autē sunt a celo quod significat ocultare. ¶ Supercilia dicta sunt quia sunt suprapositā cilijs. ¶ Interciliū medium est inter ciliū & super cilium, & est sine pilis. texit aūt natura oculos palpebris, supciliis, & cilijs, q̄a oculus est mēbrū hoīs valde nobile, ne ergo ledet̄ maxime a frigore, uel vēto uel alijs nocumētis. hęc Mūdinus de anathomia oculi.

¶ Gene sunt partes inferiores oculoꝝ unde incipit crescē tia barbe & pilorū, & dicit̄ a genos gręce quod latine significat barba.

¶ Male sunt partes eminentes in rotundū sub oculis, rotundū enī malū est, vt poma dicuntur mala, q̄a rotunda, vel etiā dicuntur male q̄a sunt super maxillis & maxilla est diminuitiuū a malis. ¶ Mandibule sūt maxillorꝝ p̄tes a mādo. i. cōmedo q̄a his comedim⁹.

¶ Barba q̄si uarua dicitur, & est proprie uiri, est enim ut dicetur inferius uirilitatis in masculo signum. Plinius hircus cum mulceatur barba mitescit.

¶ Auris a hauriendo dicitur, quia haurit, hoc est percipit voces & sonos, vel dicitur auris q̄si auide rapiēs sonum, alij dicunt auris ab audiendo, quia audit. ¶ Pinnula summa pars auris ab acumine dicta pinnum enim rotundum est.

¶ Nares dicuntur à nando, quia per nares odor q̄si nare dicitur, ſupfluitates enī a capite fluentes per nares nant & fluunt. vel ēt nares dicunt q̄ſi narus. i. diſcernens, qa per eas dſcernimus odores. Nariū aūt una ps ꝓpter eius lōgirudinē colūna uocaṫ exterior aūt pinula a piri ſimilitudine, quę uero dextra leuaq; parte ſunt piunle dicnutur mediū autē interſtitiū vel interſumiū nominatur. ¶ Naſus in ſuperiori pte ſolide factus eſt. Inferius cartilagine mollis vt ad vſum digitorum eſſet tractabilis. Fecit autē natura inqt Mundinus in Naſo duos hiatus vel tranſitus, q̄s qdem paries per mediū ductus diſtinguit. Naſus ſoli hoī eminet, In auibus enī, ſerpētibus, piſcibus, & alijs animalibus foramina produxit natura tantū / ad odores ꝓcipiendū ſine naribus. Inquit idē qui in menſe ſeptimo generant narium foramina diſtincte nō habēt quid autem diuerſa figura naſi oſtendit dicetur inferius.

¶ Os oris dictū eſt q̄ſi hoſtiū, qa per os tanq̄ per hoſtiū cibū & potū in ſtomachū mittius, ſpura ēt & ſupfluitates extra ꝓijci⁹.

¶ Labia a lambendo dicunt, uel ut alii uolunt a lauando, quia aquę in ſuperficie lauant. Eſt enī labrū margo vel extremū fluminis lacus vel etiam fontis quæ leui fluxu aquę lauantur. quod ſupetius eſt labium dicit, qd' autem laſerius groſſius labrum nuncupatur.

¶ Lingua a lingendo cibū Varro dicit, cibus enim maſticatus ori & dentibus lingitur & ſtomacho immittitur. Alī dicunt linguam a ligo, quia per ſonos verba ligat, lacerta habet linguam bifidam & piloſam, vitulus marinus duplicem, leo & pardus habent linguam ad modum lunę formatam. Hęc Mundinus.

¶ Dentes Græci odontes nominant, & inde latinū nomē trahere videt, primi horū inciſiui dicuntur, qa cibum ſcindnut, ſequentes canini, quorū duo in dextra maxilla, & duo in ſiniſtra. Et dicunt ſic ad ſimilitudinē dentiū caninorū. ipſis enī canis oſſa frāgit, ſic & in homine quod priores ſcindere non valent illi ſcindunt, hos vulgus propter lōgitudinem & rotunditatē colomellos nominat. vltimi molares vel maxillares dicunt, quia cibum moliunt. Et in viro amplior eſt numerus dentiū q̄ in muliere. Alī dentes ab edendo nominant. Alī eiā tria genera dentium diſtinguunt, ſerrati ad modum ſerre, vt in ſerpentibus, canibus, & piſcibus, & hij ſibijpſis non obuiant, ne mutuo ſe atterrerent. Cotinui vt in hominibus & equis. Exciti hoc eſt extra os ꝓducti, vt in apro & elephanto. In alijs animalibus dentes ſenio rubeſcūt. In equo candidiores exiſtunt. Aues dentes non habent. Scorpio vnum alī tamē tres. Dentibus hominis virus ineſſe ſcribit Plinius vñ & ſpeculum inficiūt oppoſitū ipſis. Alī dentes quaſi deuidentes dicūt, vel decentes, quia dentiū pulchra diſpoſitio pulchritudinem & decentiam facit. Dicuntur etiam a demo, quia omina demunt & auferunt.

¶ Gingiuę a gignendo dicuntur, & eſt caro in qua dentes gignuntur, & ſunt facte ne dentes plus horrori q̄ ornamēto eſſent.

¶ Palatum a polo dictū eſt, eo q̄ in concauitate ſua cæli ſimilitudinem habet, dicitur etiā palatum quaſi linguę pallatiū, dicit etiā a palo qd' ſignificat vagari uel errare, qa in palato lingua vagat.

¶ Eauces a fundendis uocibus dicunt, qa per fauces effamur voces. Plinius inqt ſupmū gulę fauces dicimus, inferius ſtomachū Sunt ergo fauces anguſtę & ſtrictę fiſtulę gutturis p quas vox exit.

¶ Arteriæ ſic dicuntur, qa p eas aer hoc eſt ſpiritus a pulmone fertur, vel quaſi aeris ſtricte viæ. Sunt etiā arterię ſcdm medicos venę pulſatiles' in quibus eſt plus ſpiritus q̄ ſanguinis, quę cordis ſtatum iuxta Mundinuun unnciant.

¶ Mentum dicitur quia mandibule inde oriūtur, uel etiā quia ibi mandibule coniunguntur.

¶ Gurgulio a gutture nomē habet cuius meatus ad os & nares ſe ꝓtēdit. hñs uiā q̄ vox ad linguā trūſmittitur ut ẏba iñ gñant.

¶ Collum dictum eſt q̄ ſit rigidū & rotundū ut columna baiulans caput & ſuſtentans, dicit etiā collū a collo id eſt orno, qa hęc pars monilibus & alijs ornatur. Pars anterior colli dicit gula, poſterior ceruix. Alī dicunt q̄ collū dicit a columna, quia longum eſt & rotundum. quid aūt varia colli ſignificat diſpoſitio inferius dicetur.

¶ Ceruix dicit quia per eā partē cerebrū ad ſpimā dorſi trāſmittit, & dr ceruix q̄ſi cerebri via, dr aūt hęc iuxta Mūdinū nucha.

¶ Humeri dicti ſunt q̄ſi armi ad diſtinctionē hōis a pecudib⁹, armi. n. ſunt q̄drupedū, humeri ēt dicti ſūt ab onerib⁹ ſuſtinēdis.

¶ Brachia dicūt a fortitudine bari enī græce graue & forte ſignificat latię. ſūt aūt ꝓtes brachij mīte nlna. ale. aſcella ſiue ſubhirc⁹.

¶ Cubitus dictus eſt a cubādo, qa ad cibos ſumēdos in ipo cubam⁹.

¶ Manus quaſi totius corpis munus dr, qa per manū omnibus membris auxilium fit. ¶ Dextra a dando pignus pacis. ¶ Leua qa apta eſt ad leuandū, ipſa enī portat gladiū & enſem. ¶ Palma dicit manus digitis extenſa, ſicut enī palma portat ramos & extendit in directum ſic palma digitos habet extenſos.

¶ Digiti a decem dicunt, quia decē ſunt, uel a decētia qa decenterſunt locati. Primus Pollex qa int ceteros uirtute pollet & poteſtate. Secundus Index vel ſalutaris vel demōſtratorius dicit quia per eū demonſtramus. Tertius dr Medius vel impudicus, qa p eum probra deſignamus. Quartus Annularis, quia in ipſo annulū gerimus, qui &

medicinalis dicitur eo q̄ trita medicina, per ipsum colligitur, dicitur & digitus fidei vel fiducie, cū enī fidē facit in signū fidei annulo ornat. Ratio tñ q̄re in eū annulum ponimus. Cor enī auro confortat & lapidorū p̄ciosorū natura, a corde autē vsq; in eundē digitū vena extensa est vt ergo cordis natura confortatur eū auro & lapidibus p̄ciosis ornamus. Quintus dr̄ Aurscularis qa p̄ ipsum aurē purgamus, & est minor inter alios q̄nq;, & ab alijs minimus dicitur.

¶ Vngues ab ungo dicti sūt quasi uncti, hoc est politi uel translucidi. Alij vnguē ab vno & ago nominant qa in his nerui in unū aguntur. q̄d aūt vnguiū subtilitas aut grossities notat inferius dicet.

¶ Truncus media pars est corpis a collo nsq; ad inguina, sicut. n. caput collo sustērat, sic trūcus corpis genib⁹ crurib⁹ & coxis.

¶ Thorax anterior pars est trunci a collo usq; ad stomachū, dr̄ etiā thorax archa, quia ibi archana latent & res secrete quibus alij arcentur, cuius partes eminentes mamille dicuntur.

¶ Pectus pars corporis infra gulam, finiensq; supra aluū quod intus homini octonis costis munitū est. Suibus denis, Cornigeris 13. serpentibus triginta, dicitur autem pectus quasi pexum, & deflexū est enim in homine inter eminentes mamillarum partes.

¶ Mamillæ dictæ sunt a malis, qa rotunde. ¶ Papillæ sūt capita mamillarū eminentes q̄s infantes sugentes comp̄hendūt, & dicunt papillę q̄ infantes q̄si papāt dū lac sugūt, est ergo mamilla oīs eminentia uberis, papilla vero breue est illud vnde lac trahitur.

¶ Vbera q̄si lacte uberātia & hūore plena dnr̄. ¶ Lac a colore nomē habet qa albū est, leucus enī greçe albū significat cuius natura ex sanguine cōmutatur. Nam post partū si aliquid sanguinis supfluit naturali meatu in māmas fluit, & earū virtutes albescēs lactis accipit q̄litatē. dr̄ ēt lac ab allicīēdo, qa allicit infantes ad māmam sugēdā.

¶ Cutis ab incisiōe dr̄, cutis enī græce incisio ualet latinæ ipsa enī corpori humano suppositā primam patitur incisionem.

¶ Pellis a pellendo dicitur qa impedimenta corporis pellit, pellis corpi abstracta coriū dicitur, unde coriū a carne nomē habet, eo q̄ caro cute uel pelle tegitur, & est corium proprie in brutis.

¶ Pori foramina sunt, corpis ex quibus supfluitates corporis exeūt, q̄in estate apta sunt, in hyeme clausa, ppt̄ frigiditatē aure. ¶ Aruina pinguedo adhęrēs cuti, dr̄ & adeps, apud Mūdinū Syrbus.

¶ Pulpa caro sine pinguedine & maxie i digitis, caro subtilior inqt Mūdinus. q̄ est in corpe humano est in pulpis, vñ & pulpis digitorū pulsus arteriarū tangitur propter certitudinis indicium.

¶ Membra sunt partes corpis, & sunt mēbra q̄dam officialia q̄ sūt ordinata ad diuersa officia vitę in aīalibus, ut oculus ad vidē dū, auris ad audiendū, pedes ad ambulandū, manus ad palpandū.

¶ Artus sunt partes membrorū neruis ligate, Mundinus dicit qpartus sunt ligature mēbrorū, qa artāt & ligant membra.

¶ Nerui, est uinculum membrorū, & dicitur neruus quasi inneruus ab inhærendo, quia membra cohęrere facit.

¶ Ossa dicūtur ab uro, quia antiq corpora mortuorū & ossa cōburebant, vel dicuntur ab ore, qa inore patent ossa, in alijs enī locis ossa sunt tecta carne & cute. ¶ MEdulla humidum pingue dicit quod est in ossibus & quod madefacit & confortat ossa.

¶ Coste a custodia dicunt, qa p̄ costas iteriora custodiūt

¶ Latus dr̄, quia nobis in eo iacentibus latet, in dextro latere leuior est motus, in sinistro fortior, vnde & sinistro latere pharetrā ensem, gladiū & cętera portamus, vt dextra pars & dextrū latus liberius sit ad agendum. ¶ Dorsum est a ceruice vsq; ad renes. dicitur aūt dorsum a duricie, quia hęc pars durior est ad ferendū & paciendum.

¶ Terga dicunt cū supini iacemus i terra, quod solus homo potest, cętera enī animalia in latere tantū aut in ventre iacent. Mundinus ostendit q̄ dormire in dorso est principiū magnarum egritudinū vt apoplexiæ paralisis & suffocationis.

¶ Spina dorsi sunt iuncture dorsi, eo q̄ in spina dorsi ossa sunt acuta, humidū quod est in eis vocat nucha. Habet aūt spina dorsi in multis animalibus locū cordis. Lesio spine dorsi est periculosa, eo q̄ in eis est nucha q̄ est de substantia cerebri, cerebrū aūt pati non potest. periculosa lesio

¶ Renes dicuntur quasi riui, quia ab his humiditas fluit & oritur superfluū q̄rte digestionis & vsq; ad mēbra gignitiua desluit.

¶ Lumbi a libidine nuncupant, in viris enī libido est in lumbis.

¶ Vmbilicus est medius locus coporis, & dicitur a umbo est enī vmbo medius locus clipei. Infans aūt nutrit ex vmbilico & alligatur matricī matris in vmbilico, vocat aūt ligatura cotolidones.

¶ Clunes, dnī qa sūt iuxta culū, uel dicunt clunes a cluo id est defendo, qa ille partes sunt defense carne multa. ¶ Nates a nitor niteris dicuntur, qa in natibus innitimur dū sedemus. In natibus natura multū carnis auxit, ne ossa ex sessione longa dolerent.

¶ Genitalia à gignendo dicuntur, quia ad generationem agunt.

¶ Pudenda, a pudore dicuntur & uerecundia, unde & indumenta cooperiuntur, uel dicuntur pudenda a pube.

¶ Teſticuli a teſtibus dicunt, qa ſexũ teſtãtur i maſculis.
¶ Poſteriora dicta ſunt, qa retro ſunt & a uultu auerſa.
¶ Culus dr̃ q̃ſi colus, a colo as are, qa per culum ſupflua & feces colantur & emittnut. dr̃ & culus ānus ab anno hoc eſt circulari tate, ſicut enī annus habet ſe p modũ circuli, ſic & an⁹ circularis eſt.
¶ Phiteri ſcd̃m Mundinũ circularitas eſt culi & extremitas, in qua circularitate generatur morbus qui dicitur ficus, & inflatura quędam humorem melancolicum in ſe colligens.
¶ Femora dicta ſunt quia in ea parte ſcxus muliebris a viro diſcrepat, dicuntur ergo femora a femina.
¶ Coxe dnr̃ cõiũcte axes, ſicut. n. ī axi rota mouet, ſic & ī coxis fcõra.
¶ Genua a genis dicuntur, cũ enī puer in utero materno naſcitur genua & gene prope ſunt, tenet enī puer caput inter genua. ſunt etacꝫ genua in vtero vicina oculis, unde & contingit qꝺ cũ homo ad genua ſe ꝓſternit ſtatī lacrimat uoluit enī eos natura vterũ maternũ renouari in q̃ quaſi in carcere tenebatur anteq̃ naſcebat. ſunt aũt genua ptes corporis quibus miſericondiã querimus & indulgentiam. vnde coram maioribus & dominis genua inclinamus.
¶ Crura dicũtur, qa in ipſis curuamus & greſſũ facimus.
¶ Tybiæ dicuntur quaſi tube, ſunt enī longe quaſi tube, quid ſignat longitudo tybiarũ, & quid breuitas, quid caro multa in tybijs, quid pauca dicetur inferius.
¶ Talus dicitur a tolo. Eſt enim tolus eminens rotunditas. vnde altitudo templi rotundi tolos dicitur.
¶ Pedes ex græca deriuatione nomẽ habet, hos enī græci podos nominant, & pedes alternis motibus in terra incedũt, p̃ponitur aũt dexter ſiniſtro pede in aialiũ trãſitu, qa pes dexr̃ abilior ꝫ ad motũ.
¶ Plante a planicie dicuntur, ut homo in eis ſtare poſſet, & ſuſtẽtari, & ſũt in pedib⁹ & plãtis mlta oſſa, vt eo forti⁹ hõ in ſtãdo & ambulãdo firmior ẽet, caro. n. mollis trãſitũ hõis firmare nõ poſſet.
¶ Calx pars eſt plante, quia ea terrã calcat.
¶ Solum inferior pars plante, qa ea parte ueſtigia terræ imprimimus, & dr̃ ſolũ q̃ſi ſolidũ, qa totã corpis molẽ ſuſtinet & portat. ſic & ẽra ſolũ dr̃, qa oĩa elemẽta ſuſtinet, & corũ fũdamentũ exiſtit.
¶ Pedica partes mobiles in pede, numero qnario in quolibet pede create, quẽadmodũ digiti ī manu. fecit aũt natura ut inqt Mũ dī⁹. pedicas ī pedib⁹ ꝓpr̃ repellere nocumẽta pedũ, vñ pes ledi poſſet.

¶ Viſcera non ſolum inteſtina dicuntur, ſed uiſcus dicitur omne quod ſub corio eſt, proprie tamen inteſtina uiſcera dicũtur, quaſi uiſcora, quia ibi vita & anima continetur.
¶ Cor græca appellatione dictũ eſt cardian, uel dr̃ cor a cura, in eo enī eſt omnis cura & ſollicitudo. Inde cordiaca paſſio dr̃.
¶ Præcordia ſunt loca cordi uicina, & dicuntur præcordia quia ibi eſt principiũ cordis & cogitationis.
¶ Venædicunt, quia per eas ſanguis uenit & fluit p totũ corpus, habent venæ ortum ab epate, in quo generatur ſauguis.
¶ Sanguis a ſuauitate dicitur, qa ſuauis eſt, eius enī natura eſt caliditas & humiditas, q̃ facit in ſanguine maxime humano dulcedinem, & dicitur ſanguis ut eſt in corpore, cruor autẽ cum effunditur & emittitur a currendo dictus ¶ Pulmo ex græco originem habet & dicitur quaſi flabellũ, pulmo enī attrahens aerem recreat cor hominis animalis calidũ, refrigerat tanq̃ flabellum.
¶ Iecur dicitur quaſi iapir hoc eſt iacens ignis, quia enim epar vel iecur eſt principiũ digeſtionis, & calor naturalis in eo dicit eſſe vnde & in epate calefacto nimis vrina fit nigra & aduſta ad modum liquoris nigri. ¶ Splen dicitur a ſupplemẽto. Splen enī in ſiniſtra parte homis exiſtit, vñ ſupplet vacuitatẽ in corpe & adiacet ſtomacho quẽ adiuuat in digerendo, eſtꝫ ſplen receptaculũ melancolię, vñ & phiſici dicũt, ſplen ridere facit. Cũ enī ſplẽ eſt magn⁹ melãcolia a toto corpe in eũ colligit, cũ ergo melancolia ſegregat ab alijs mẽbris hõ let⁹ ſit.
¶ Fel a ſollicula, uel burſa nomẽ habet, eo qꝺ fel in ſe colligit coleram, vel humorem colericum qui bilis uocatur.
¶ Stomach⁹ græce, latine os ualet, eo qꝺ hoſtiũ uẽtris eſt.
¶ Inteſtina dicuntur, quia corporis interiori parte prohibentur ne exitum habent, quę ideo longis nexibus in circulorꝫ modum ordinata ſunt, vt ſuſceptas eſcas paulatim digerant.
¶ Venter dicitur quia per totũ tẽpus vitę alimenta tranſmittat.
¶ Matrix dicitur quaſi mater, Eſt enī matrix locus in quo puer concipitur, membracꝫ corporis vocantur.
¶ Veſica, dicitur quaſi uas aquæ, quia ſicut uas aquæ repletur, ita de renibus vrina collecta veſicam replet.
¶ Vrina dr̃ quia vrit, ex cuius iudicio ſalus & malũ hoĩs oſtendit.
¶ Menſtrum eſt ſanguis ſuperfluus mulierũ, cuius fluxus fit ſcd̃m motũ lunę per menſes. Sola aũt mulier inter alia animalia habet fluxũ menſtrui, huius ſanguis cõtactu fruges nõ generant, acescunt

muſta, moriuntur herbę, arbores amittunt fructus. rubigo ferrū corrū/pit. ſi aliquis canis ex eo guſtauerit fit rabidus. Cōcludit Conſtantinus de membris humani corporis. In corpe itaq; hominis aliqua ſunt mē/bra neceſſitatis cauſa facta tan tum, vt veſica. cor. epar. ſtomachus. Ali qua neceſſitatis cauſa & pulchritudinis facta, vt ſenſus in facie homis, & eorū organa. manus. pedes. quorum mēbra & vtilitas magna & ſpe cies decentiſſima. Quędā aūt ſolum cauſa decoris facta, vt in viris ma millę, & in vtroq; ſexu vmbilicus. Quędam membra facta ſunt cauſa diſcretionis, vt in viris mēbra gignitiua. barba prolixa. pectus amplū. In mulieribus gene leues. anguſtum pectus. Hę ſunt partiū humani cor poris nomina, quorum cognitio & interprætatio elemēta & principia artis phiſionomię a priſcis philoſophis oſtenditur.

Differentia Secunda. Diuiſionē

corporis humani genera liter, compræhēdens, & quomo/do in huius artis iudicio, ex uniuerſalibus in particularia erit procedendum.

Conſtantinus Medicus in ſcientia phiſionomiæ prędipuus, corpus hu/manum in tres partes diſtinguit ſcilicet. Supremā. Mediam & Inſimam vniſcuiuſq; etiā partis ſignificatiōnē oſtendit, & quid contenta in qua/libet parte deſignant, ſufficiente ſermone deſcribit. Partem hanc Su/premam nominat, quę eſt a uertice capitis uſq; ad collum, continet aūt hęc pars caput humanum, oculos. pupillā. frontem. nares. genas. aures capillos. tempora. faciē. palpebras. cilia. ſupercilia. intercilia. barbam. naſum. os. labia. linguam. dentes. gingiuas. palatū. uocis formationem & loquelam. quorū omniū interprętatio in differentia prima latiſſime eſt deſcripta. Mediam autē partem corporis humani a collo incipit & vſq; ad inguina extendit. Contentaq; huius partis in eorū ſignificatiōe reſolute oſtēdit. Continet aūt hęc pars ſecūda. Collum. brachia. manꝰ & digitos. vngues. pectus. mamillas. & māmas. ventrē. ſpinam dorſi. dorſum. coſtas. lateraq; corporis, & cętera de qbus in differētia prima dictū eſt ſufficienter, horū etiā omniū interptatio, iuxta Mundini, Con ſtantini cęterorūq; philoſophorū ſententias eſt deſcripta. Infimam aūt partē corporis humani hanc nominat, quę eſt ab inguibus vſq; ad cō/plementū pedum. Quid etiam contenta huius partis in bono & malo hominūq; proprietatibus deſignant, idē Conſtantinus pulchre deſcri/bit. Sunt autē huius partis contenta. genua. tybię. crura ſiue tali. pedes. eorumq; plante. & pedice & alia de qbus in fine differentię prime eſt de/terminatū, quorum etiam interptatio in eadē differentia prima iuxta priſcorū ſapientū deſcriptionē eſt deducta. Antęq; igitur regulę huiꝰ ar tis ſpeciales dicentur, vna conſideratio generalis quā Raſis Almanſor parte ſecunda, ſui libri completi ponit, diligentiſſime eſt aduertenda.

Inquit enim oportet eum qui in hac arte iudicare uoluerit, non tantum vnam rem attendere, & vnius rei conſiderationem habere, ſed ad plura animū aduertere. Quemadmodū enī in Aſtrologicis, vt Ptolomeo ſe/cundo q̄dripartiti capitulo primo placuit, non tantū vna eſt maneries & vnus iudicandi modus in accidentibus futuris, ſic & in hac ſcientia. Si etiā aliquādo ſignificationū accidit cōtrarietas, teſtimoniorū ſignifi catione meciaris forciorem, & ad virtutē fortiorem vincentem declina. Oportet enim in omni huius artis iudicio ex pluralitate teſtimoniorū prenoſticationē facere, ſiue in bono vel malo illa ſignificatio fuerit. In primis vniuerſalia oportet predicere, deinde ad particularia & ſingula ria animū applicare. hęc ille. Et ad hoc aſtipulat Ariſtotelis autoritas in libello quē de phiſionomia ſcripſit, Inqt enī. Omnino aūt vni ſigno rum credere fatuū eſt, quando autē plura conueniunt accipiet vtiq; ma gis verum iudicium.

Differentia Tertia. Phiſionomiā

Capitis partiūq; eius diſtincte reſoluteq; cōpræhendens.

Inquit Conſtantinus, Caput magnum dicitur duplicit. Primo qa ma gnum multitudine materie ex q̄ eius ſubſtantia facta eſt & creata, in q̄ tamen non eſt fortitudo & amplitudo virtutis formatiue, quod ſcilicet factum eſt cū imbecillitate & indiſpoſitiōe partiū eius in quo eſſet mol licies oſſium & gracilitas eorū. Secundo caput poteſt dici magnū mul titudine materie & etiā fortitudine virtutis formatiue, quod ſcilicet de/center factum eſt & complete ad formam ſpherę tendens, parum tamē pręſſum, oſſa habens dura, & collum in q̄ baiulatur carnoſum.

¶ Conſideratio prima. Caput magnū multitudine tantū materię & molis, & non amplitudine & fortitudine virtutis formatiue malam complexionē cerebri, & multorū accidentium malorū, & infir mitatū malarum eſt indiciū, vt apoplexię. epileuſię. vertiginis. tale enī caput ſic magnum inquit Conſtantinus. infrigidatur multū & lapſum eſt ad latus frigiditatis, ſuperfluitates eius conſumi non poſſunt, gene/ranturq; inde infirmitates graues homiq; pnicioſe, vt litargia. obliuio. & virtutū animalium & cognitiuarū corruptio. hęc ille. Adducit Con ſtantinus ſimile. Carpentarij cum enī ligna nimis dura ſunt, formā do/mus perfecte non ſuſcipiunt, nec bene aptari & lenigari poſſunt, q̄mō & inciſores lapidū cū lapides nimis duri exiſtunt formā p̄intentā con/uenienter non inducunt. Sic & virtus formatiua, ſi materiā multam in/uenit, eam regulare non poteſt.

¶ Conſideratio Seda. Caput magnū multitudie materiæ & āplitudine virtutis formatiue, eſt ſignū bonę cōplexiōis cerebri. cū .n. materia eſt ſufficiēs, & virtꝰ formatiua fortis opaī ad hoc q̄d a natu raeſt inſtitura, Natura aūt ſemp operaī hoc qdꝰ melius eſt & bonum.

¶ Consideratio Tertia. Caput magnũ multitudine mate
rię tñ & nõ amplitudine virtutis, fatiue hoiem signficat stolidũ in vir
tutib⁹ cognitiuis deficientẽ, pauce discretiõis & mali intellect⁹, hoiem
q alios deturpat & cõfundit, signat hoiem inuerecũdũ qui nõ discernit
inter honestũ & inhonestũ, & secundũ Aristotelem assimulat asino.

¶ Consideratio Quarta, Caput magnũ cũ amplitudine
& fortitudine virtutis formatiue, signat hominẽ, in agẽdis reb⁹ prudẽ
tẽ, in imaginãdo fortem hoiem superbũ & clari animi, signat hoiem q
ppriã seqt sententiã. est ppric voluntatis & animi, plus de se q̃ de alijs
cõfidens, sua facta extollit alios deturpat/secq; omibus effert, & secdm
Arist. assimulat leoni/tale caput scribit Philemon habuisse Platonẽ.

¶ Consideratio Quinta. Caput paruũ est signum facilis
casus cerebri in omne genus male cõplexionis. Caput enī paruũ facilit
potest discrasiari calido, caput enī paruũ parũ habet de cerebro/in cere
bro aũt paruo non potest fieri bona euentatio/nec humorũ calidorum
aduenientiũ expulsio/vñ & tales ex facili causa dolores acutos incur/
runt capitis. caput etiã paruũ facile labit ad latus frigiditatis eo q; in
tali paruus est calor & frigido aduenientę facile suffocatur. caput etiã
paruũ facile inficitur humido supfluo, eo q; in tali vapores aduenictes
hũidi colligunt & in unũ congregant. caput etiã paruũ ad siccitatẽ ex
cedentẽ facile inclinatur, eo q; p eius cerebrũ sanguinis trãsitus hume
ctãtis pphibetur. Cõcludit Constantinus. Caput paruũ esse signũ mul
tarũ egritudinũ & infirmitatũ, & rectũ iudiciũ in eis fieri nõ potest.

¶ Consideratio Sexta. Homo parui capitis signat gene/
raliter hominẽ stolidũ non bone discretionis/nec rectũ iudicium habes
in rerũ cognitione, signat hominẽ debilẽ de facile in egritudines caden
tẽ, ut ad pthisim corpisq; consumptionẽ tendentẽ. Est hõ inuidus alijs
detrahens, factaq; aliorũ irridens & cõtemnens, eius conuersatio fugi/
enda est. iuxta enī Arist. talis hõ catti similitudinẽ habet, huius consid
erationis significatiõem pulchre Auicenna 3. canone sic deducit. Caput
paruũ signũ est cõfusionis virturũ interiorũ, & q; organa sensuũ interi/
orũ pfectam distinctionẽ non habet, vñ sequitur q; rectũ rerũ iudicium
fieri nõ potest. virtutes etiã animales quibus cognitio rerũ perficitur in
paruo capite transitũ & progressum liberũ non habet, paruũ caput se/
quitur debile & gracile collum & pectus paruũ, & spina dorsi debiles,
costęq; laterũ non fortes, omnis enī horũ creatio ex capite oritur & cre/
scit. hæc Auicenna. Refert tamẽ Conciliator q; Parisius inuentus sit hõ
paruus, ad modũ cubiti prudens tamẽ, in multis rebus edoctus. Sed di
cit Conciliator q; tale caput ad corpus eius proportionatũ fuit. In ma
gno ergo homine paruum caput stoliditatem designat.

¶ Consideratio Septima. Caput nimis oblongum, & q̃si
columnare, hominẽ male voluntatis & ppriį animi ostentat. alijs ho/
minibus inuidentẽ, in iudicio rerũ ignarum. semifatuũ. & inuidũ. caput
tñ aliq̃liter oblongum cũ facie in parte oblonga. hominẽ astutũ pru/
dentẽ & sagacẽ designat fortitudinẽq; & virtutẽ sensuũ interior; demõ
strat hominẽ perfecti iudicij & in rerũ scientia expertũ ostendit. Talem
figurationẽ capitis aspicit habuisse Albertus magnus Colonicñ. cuius
corpus adhuc Colonia integrũ videtur. Talẽ etiã dispositionẽ capitis
Paulus Apostol⁹ pingit habuisse, q; vir magnę sapictię cõuersatiõis &
prudẽtię legis fuisse dr. De ei⁹ sapictia in epistolis Seneca scribit. de Pau
li prudentia actus testantur in multis locis apostolorũ. Sępius enī Pau
lus prudentia sua mortem & captiuitates euasit.

¶ Consideratio Vltima. Cæteris paribus deteri⁹ est par/
uũ caput q̃ magnum, vt enī dictũ est in puo capite sensuũ interiorũ &
eor; organorũ distinctio nõ est pfecta ppter cerebri angustiã, mala aũt
& incompleta organor; sensuũ interiorũ distinctio bonę ratiocinatiõis
discretiõis & cognitiõis est ipedimentũ. Cũ enī iudiciũ sensuũ interior;
ledit. intellectus iudiciũ (q; sensus iteriores pſupponit) pfectũ nõ erit.

Differentia Quarta. De Colore

humani corporis, & maxime Faciei, quid significare ha/bet in moribus hominum & complexione.

¶ Consideratio Prima, Inquit Rasis Almansor tractatu
2. capitulo primo. Color albus & fuscus, color ex albedine & glauco
cõmixtus cõplexionẽ frigidã testatur hominis, habentq; hoies huius
coloris digestiuam debilẽ & virtutẽ stomachi non fortẽ, unde & eorum
sanitas, ut inquit Conciliator ex facili alteratur causa.

¶ Consideratio Secunda. Color Ruffus aut rubeus & ad
subrubeũ tendens inqt Rasis cõplexionis signat caliditatẽ. Arist. in phi
sionomia sua dicit Rubei aũt in corpore bonã natiuitatẽ habent, qñ in
corpore leui hic accidit color. Philomon inqt Color rubeus ingenium
signat & astutiã & discursus agilitatẽ. Sunt & tales bone sensationis &
discretionis, astutia tñ quadam vigent & solertia. Color aũt rubeus vt
Constantinus scribit plus albo attinet q̃ nigro, vnde & homines in fa/
cie ruffi & pilis, album corpus habent. ♀

¶ Consideratio Tertia. Cuius facies citrino colore inficit
epatis & splenis habet defectũ. Est aũt color citrinus similis coloriillo/
rũ q; incõualescẽcia sunt post infirmitatem, uel in his a quibus multũ
sãguinis effluxit. Inquit Constantinus hoies citrinũ a natura habentes
colorem hydropisim timeant & ictericiam. In moribus aũt significat
hominẽ cuius conuersatio pauce est vtilitatis, plus damni q̃ lucri signi
ficatq; homines in quibus pauca est fides.

¶ Consideratio Quarta. Color clarus & subtilis humoꝝ significat claritatē ęqualē & subtilē, ingeniū, animi fidem, & pręstantiā Sunt homines tales a natura modesti, cōuersationis recte eorum pietas in multos extendit, & facile alijs cōpaciuntur. Color aūt turbulentus faciei & corpis, humorē grossum significat. vñ dicit Constātinus ꝙ tales sunt inuerecundi, immites, aliorum derisores & impacientes.

¶ Consideratio Quinta. Color uelut flamma ignis, & in facie & crinib⁹ hoīem ingt Philaretus signat instabilem. Est homo lęt⁹ & maniacus, astutus, ioculator. Estꝙ homo cuius facta homines ad risum mouent & iocū. In moribus inuerecundus. Est hō cuius cōuersatio in primis hoībus grata est & complacens. in fine tamen despecta.

¶ Consideratio Sexta. Color in facie hominis luteus, hominē significat inuidū melancolicū. signat hoīem conuersationis singularē, q hoīm conuersationes fugit, & sol⁹ esse desiderat. vultu declīato incedit, cū seipso disputationes habet, & reꝝ agendarum seriem digitis computat. fortitudinem tñ fantasię & imaginationis habet. Hunc colorē Hali Habenragel in libro suo cōpleto. ꝓte prīa. capitulo de significationibus planetarū Saturno attribuit. Hominē enī lutei coloris de natura Saturni ostendit, cuius conditiones & reroprietates sunt auaritia. ꝓtinacia. inuidia. Saturus etiā habet homines qui ꝓpriā sententiā insequunt, voluntatē. hominē q alios inhonestat & confundit. hęc ille .

¶ Consideratio Vltima. Inquit Arist. in phisionomia sua quibus alb⁹ color est & purus misericordes sunt & bñuoli aīmi. hoc. n. sequit q̄litatē humorū designat ad quā etiā pietas & benignitas. Hoīes aūt q ad colorem nigrū declinant plus rigidi sunt, eo ꝙ hūores habent acutiores. Ingt etiā Constātinus ꝙ hoīes flegmatici mollioris sunt animi q̄ colerici, plusq; mitescunt albi cōplexionis hoīnes q̄ nigre, colera enī eos ad iram mouet & vindictam & vltionē in alijs agendam.

Differentia Quinta: De significatione Pilorum & crinium, quid in moribus hominum & complexionis qualitate ostendunt.

Consideratio Prima. Velox ortus capillorū & spissitudo nigredo & crispitudo, atq; criniū asperitas caliditatē signat complexionis. vnde ingt Constantinus. Nigredo & crispitudo criniū bonitatem signat ingenij, hoc enī est testimoniū caloris, q calor bñ tempat frigiditatē cerebri, frigiditate cerebri bñ ꝓportionata, bonitas et aptitudo sequit ingenij. Subiungit Colerici ergo, qa calidi sunt, crines habent nigros & crispos, & boni sunt intellectus, sapiētis discretionis, fortis imaginationis, in sciētia numeri discursiui, & in studijs mathematicis sapientes. hæc ille.

¶ Consideratio Secunda. Albedo crinium & Planicies flegmaticā signat complexionē, & flegmatici ut in plurimū alborum sunt capillorum, signatq; hominē corde timidū ꝓpter frigiditatē complexionis excedentē, sicut enī calor ingt Arist. est causa audatię, sic frigiditas causa timoris. signat etiā albedo capillorū hominē benignū, hominibus conuersantem, societatibus hominum gaudentem

¶ Consideratio Tertia. Inquit Arist. Pili molles timidū signant, duri fortitudinē. hoc enī signū sumptū est ex animalibus, timidissimis igit ceruus. lepus. & ouis pilum mollissimū. Habēt fortitudinē aūt leo & aper & pilum durissimū naturaliter. Apparet & hoc in auibus, quę enī duram habent pennā fortiores sunt, ut cignus & anser, q̄ vero molliores timidiores ut columba. Subiungit Arist. qui apud septentrionnem habitant fortes sunt & durorū pilorum & minus sapiētes. qui vero ad meridiē timidi & pilū mollem habēt, & boni intellectus.

¶ Consideratio Quarta. Crines nigri plani cōplexionem colere adustę testant, & maxime si in facie color luteus aut plūbeus fuerit. suntq; homines non multū fortunati laboriosi, & ꝓtinaces. a ꝓposito vix recedentes. signant hominem qui solitudinē diligit & singularitatē & cōuersationes hoīm fugientē, plus gāudet in loco obscuro q̄ lucido, & qdqt fecerit occultū fore desiderat. alijs sua facta nō cōfidit nec ea q̄ agit in publico facit, In omnibus enī occultationes quęrit.

¶ Consideratio Quinta. Inquit Constantinus Capillorū durities admodū pilorū æqui in erectum tendentes, quemadodū spine dorsi in ericio hominē cordatū, audacē, & fortē testant. signat etiā hęc spirituū & complexionis humorū acumē. Generale enī est ut ingt Arist. ꝙ humorū temperamentū mollicies seqt criniū, humorū aūt acumen semp criniū grossicies, vt & superius deductū in animalibus brutis.

¶ Consideratio Sexta. Crinium paucitas ī capite cerebri signat siccitatē. Criniū autē multitudo cerebri signat temperamentū & bonā complexionē. unde & ꝓpter hoc dixit Constantiuus ꝙ homines q in conualescentia sunt, post infirmitatē capillorū habēt casum ꝓpter exiccationē cerebri factā in infirmitate. Adducit simile de folijs arborū in autūno. Cū enī in autūno ꝓpter frigus circūstans humiditas & vnctuosum qd̄ est in ramis pellit ad radicē, folia ab arboribꝰ decidunt sic & cōsumpto humido in cerebro crines defluunt. vñ & ꝓpter hoc id est siccitatē cerebri caluicies generat in hominibus. Quid aūt signat caluicies capitis an bonum vel malū in hominū, moribus dicet inferius.

¶ Consideratio Septima. Capillorū in quantitate & colore ęqualitas, iuxta Mundinū hominē signat qeti animi, pacē diligentē, signat hominē cōuersationis bone, nemini nociuū, diligentē bonum, & mores habentem humanos, non est callidus, non detractor, sed cuilibet

hũaniter cõuiuens, est homo bone fidei, ęquitatẽ & iusticiã diligẽs.

¶ Consideratio Vltima. Cui in iuuẽtute aduenit canicies cerebri habet defectum, magnãq; in cerebro suo patit discrasiã, timeat talis lapum & infirmitates graues ꝙ ex cerebri debilitate cueniũt. dicit Constan. ꝙ tales a natura signati existunt, suntq; loquaces inconstantes animi & vani cordis, potest tñ etiã ex causa accidentali in iuuẽtute hõi aduenire canicies ut ꝓpter timotẽ magnũ, ex cura multa, & ex lasciuia vitę. Concludit Mundinus ꝙ capillorũ crescẽtia est supfluũ ex digestio ne tercia ꝓcedẽs, q̃ fit in venis magnis vñ & ꝓpter hoc hoi crescũt cri nes q̃ diu nutrit & viuit, humorũq; dispositio in hoie ex criniũ colore vt dictũ est agnoscit in albo nigro rubeo & medio colore. hęc ille.

Differẽtia Sexta: de significatiõe

Oculorum. quid oculorum in homine uaria dispositio, & qui oculi in uidendo fortes sunt, & q debiles existunt.

¶ Consideratio Prima. Inqt Rasis Almansor, Ex oculorũ dispositione, colore. q̃titate. eminentia. & ꝓfunditate eorũ. in capite maxime hois dispositio in moribus suis agnoscitur, de bono & malo. vnde & hui⁹ artis magistri distincte de oculorũ significatiõibus scripse runt, & pro maiori parte totã hominis vitam dispositioni oculorũ at tribuerunt. Cuius enī oculi magni sunt piger est, incurabilis, rerũ suarũ ordinem non habens, omnia fortunę cõmittit. Cuius oculi magni sunt & tremuli homo piget est & somnolentus. inuerecundus. mulierũ amator. est homo cui fides est pauca. in eius sermone instabilitas. cor non habet rectum. quod ore loquitur / corde non intendit.

¶ Cteſideratio Secunda. Cuius oculi multũ foris eminẽt, inuerecũdus est. loquax. & stolidus. omnia ꝑ prudẽter agere credit. Cuius oculi in profundo positi sunt boni & acuti est uisus, rerũ considerationẽ fortẽ habet, & discretionis, memorię magnæ & bonæ. astutus est. discretus & callidus. Cuius oculi parui inqt Constantinus & tremuli, inuerecundus est. vani cordis, aliorũ seductor, & malorum causa & origo.

¶ Consideratio Tertia. Cuius oculi cito mouentur ut in lampade, astutus est callidus, res suas prudẽter agit, & suam curat vtilitatẽ, homo tamẽ uani cordis & mali. Est homo cuius conuersatio hominibus non ꝓdest, plus enī maligni est cordis & animi q̃ recti. Est homo duplex, loquit vnũ ore & aliud in corde habet. Cuius oculi multa magnitudine apparẽt timidus est bene uidet sed nõ a remotis. cui⁹ oculi assimulantur oculis caprę. sani sunt & boni uisus, raro infirmantur & debilitantur, homo tamẽ talis stolidus. inuerecundus est & callidus / est homo alijs detrahens & vitam aliorũ reprehendens.

¶ Consideratio Quarta, Facies & oculi quasi ridẽtis læ/tũ hominẽ presignat, cui fides est & animi pietas. Est homo socialis aliorũ conuersationes diligens, studet placere hominibus / & eis gratitudinem impendere, viuetq; talis longa vita, paucasq; in corpore suo habebit aduersitates & infirmitates. Cuius oculi rubent in modũ scintillarũ homo iracundus est. obstinatus. mali cordis. cogitat nocere hominibus. bellicosus est. litigiosus. in rebus suis secretus. q̃ agit fallaciter agit. Est hõ q alijs malũ cogitat, & ledit, ei⁹ cõuersatio nõ est laudata & utilis.

¶ Consideratio Quinta. In cuius oculis multæ apparent maculę circa pupillã / est homo astutus callidus, nõ recte cõuersatiõis. Est hõ q fidẽ non tenet. multa loqtur, sed rebus pauca cõplet. est homo dnplex, aliud in corde q̃ in ỽbo habens. fugiẽda est eius cõuersatio. studet enī alios deturpare & malũ ꝓ bono exhibere. hęc Constãtinus.

¶ Consideratio Sexta. Inqt Arist. Oculi si parui fuerint, & foris eminentes. vt oculi cancri stolidũ hoiem. grossorũ morũ. inuerecũdi animi ostendũt, est hõ cupidus, aliorꝝ inuidet felicitati, & ipẽ miser. Cuius oculi multas habẽt maculas rubeas homo iracũdus est, callidus. deceptor, aliena cupiens & rapiẽs, aliorũ est seductor & deceptor. est astutus & duplicis cordis, vnũ loqtur ore aliud in corde meditat.

¶ Consideratio Septima. Inquit Constantinus. Generale hoc est in iudicio oculorũ, ꝙ oculi parui, astutiã inuidiã & hoies maligni cordis ostendũt, sed prudentẽ, in rebus discretũ. sed oculi magni hominẽ nõ malũ sed simplicẽ, non discretũ, nec prudentẽ, sed loquacẽ inuerecundũ & vani cordis & stolidus piger mali memorię. hęc ille.

¶ Consideratio Octaua. Cuius oculi sunt ualde grossi similitudinem habentes cũ oculis uituli aut bouis, est homo mali intellectus stolidus, pauca discernens, quicqd ei dicitur uerũ credit. Est homo male memorię, homo simplex & stolidus, huunaniter loq cum homie ignorat, brutalit omnia agit, nec est urbanitas in eo. cuius oculi sunt mediocres in quantitate ad nigredinẽ tendentes hominẽ signãt legalẽ boni intellectus. benigne & humanę conuersationis, est homo legalis cum hominibus componens. pacem diligens & concordiam.

¶ Consideratio Decima. Cuius Oculi uagi sunt & intuitu ad diuersa loca moti, hominẽ vani cordis signãt, instabilẽ de rebus suis & honestate parũ curantem, de futuris non cogitat, & in rebus agendis prudentiã non habet. Est inqt Constantinus ꝓpriꝝ animi, suã sequit ꝓtinaciã. aliorũ est deturpator & male loquitur de hominibus. est infidelis in corde q̃ enī loquit mentitur, eius conuersatio est mala & fugiẽda.

¶ Consideratio Vndecima. Oculi parui & ad rotundum inclinati hominẽ liberalem ostẽdunt, simplicẽ tñ & verecundũ, cito his quę dicunt credentem, vnde sepius fallitur, In ingenio est difficilis & in

intelligendo grauis, cū cōmouetur ad iram vindictā appetit & eā diu tenet. Inquit Constātinus. cuius oculi ad obliquitatē tendunt homo est prudēs, sed plus callidus. iracūdus. inuidus. tenacis manus. plura cupit accipere q̄ dare, in ꝟbis est inconstās plura mentit q̄ vera dicit, maligni est animi & dolosi eius cōuersatio inter hoīes est ingrata & fugiēda.

¶ Consideratio Duodecia & ultima. Cuius oculi aspectu integro non vident, nec vultū hoīs aspiciūt. inqt Constantinus hō non est integri animi. plus malus q̄ bonus. Est homo duplex ore pulchre loquēs & malū in corde cogitans, est aliorū deturpator, se extollit & alios confundit. est homo inuerecundus, nec rectus in fide quā promittit, eius conuersatio fugiēda est. Concludit Galenus oculus in sursum continue aspiciēs aut in rem obiectā assidue vidēs dominiū melancolię designat & sensuū interiorum confusionē. Caueat talis in peius labatur & veniat, est etiā talis homo singularis tristis, conuensationem hominū fugiēs & admētis alienationem valde dispositus. Hæc Galenus.

Differētia Septima. aliarum partium hominis indicia compræhendens, ut Faciei, Frontis labiorum, & aliorum membrorum.

¶ Consideratio Prima. Cuius facies multum carnosa est & alba homo est piger, somnolentus / ociosus, de rebus agēdis parum cogitans, discretionis impedite & malę memoriæ. cuius facies est nimis extenuata & macilenta hoīem signat inuidū. de alijs male loquentē, est talis detractor male de oībus sentiēs, seipm laudās, eius conuersatio est mala & fugienda. est multarum cogitationum & instabilis.

¶ Consideratio Secunda. Inqt Constātinus. Facies ebrio similis hominem voracē ebriosum signat, vani cordis & stolidum parum prudentem. inuerecundum & fatuum. plura loquitur q̄ necesse est, Subiungit facies iracunda hominē iracundū & malignū signat est talis maliuoli animi & mali cordis. cuius facies verecunda verecūdū hoīem signat. vñ & dictū est in differētia prima generali, q̄ facies a faciendo a philosophis est nuncupata.

¶ Consideratio Tertia. Cuius facies uehementer rotūda est. stolidus est. cuiꝰ facies difformis est malorū est morū. cordis maligni suspicious, hoīm deturpator & detractor. Cuius facies nimis oblonga fatuꝰ est & iuerecūdꝰ & cordis mali. Facies tñ in pte oblōga prudētia & astutiā signat, ut dctm̄ est in dria ꝛcia circa philsionomiā capitis.

¶ Consideratio Quarta. Cuius facies a natūra est multū pallida hoīem insanū signat, & de facili in egritudines inclinatū. signat malam digestiuam & epatis infirmitates, est talis inuidus. tenax, auarus in rebus fidem non tenet, est superbus & vani cordis. Cuius autē facies in colore viuida, hominē boni animi ostendit, fidelē bone discretiōis & sapientē. Est hō q̄ versatur inter hoīes, quod ore dicit opere complet.

¶ Consideratio Quinta. Facies hominis quæ cito sudat, signat hominē calide naturę. multā comedentē & uorantē. est homo duri ingenij. vani cordis. impudicus. non bone discretionis. Cuiꝰ facies est excellenter pinguis. Inqt Constan. & lata hoīem signat simplicē, pauce prudentię in rei cognitione non ꝓfundū. est hō grossi ingenij, & intellectus. est obliuiosus. vani cordis. est detractor. aliorū derisor. plus malus quam bonus.

¶ Consideratio Sexta. Cuius facies est quasi plana & sine tumore, est homo prudens. discretus. est signū prudentie & amicitię. est legalis animi & rectæ conuersatiōis, diligit homines & diligitur ab eis. Concludit Cōstan. Cuius facies est tumida. est bibulus. hō ebriosus. multa comedens. pauci intellectus & discretionis. inuerecūdus. stolidus multa de se confidit. alios confūdit & seipsum extollit. eius cōuersatio est odiosa & fugienda. est homo qui multa mentitur & loquitur. multa promittit paucam facit.

¶ Consideratio Septima. Inquit Aristot. in Phisionomia sua. Qui faciem carnosam habēt facile concupiscibiles sunt, & ad vitæ impudiciā inclinati & referuntur ad boues. Qui faciē macilentā habent solliciti sūt & timidi, & referunt ad ceruos & asinos. Qui faciem valde paruā habēt pusillanimes sunt, & referunt ad asinos. Quibus facies magna tardi sunt, referunt ad asinos & boues. Cōcludit Arist. q̄ nec̄ paruam nec̄ magnam oportet esse, medius aūt habitus hoc est dispositio conueniens existit.

¶ Consideretio Octaua. cuius Frons e plana rugas nō habens homo est litigiosus. rixosus. & alios in rixas ducens. est homo maligni cordis & animi. Inquit Constantinus. Cuius frons magna est, piger est, & parui intellectus & discretionis. est homo ꝓpriꝝ animi & pertinax in rebus. Cuius frons parua multum, stolidus est & duri ingenij. Cuius frons multum rugosa inuerecundus est. indisciplinatus. malus. detractor aliororū. irrisor. & mala de hominibus loquens. est homo duplicis animi, aliud in ore, aliud in corde habet.

¶ Consideratio Nona, Frons in rotundū dispositā hominem legalem & largum designat. Est homo discretiouis bonę, & facilis intellectus. Est homo qui fauorem hominū habet. Est hilaris animi, in omēs leti est animi, & tristitias non admittit. Inquit Cōstantinus. Frons multum carnosa signat ineptitudinem ingenij. & paucam discretionem signat hominem superbi animi, & vani cordis. est homo talis, in multis se extollens, & de alijs male sentiens.

¶ Consideratio Decima. Qui frontem paruam habent

indiſciplinabiles ſunt, & referunt ad ſues. Qui ualde magnã referuntur ad boues & tardi ſnut. Qui rotundã excellenter & carnoſam pigri ſunt & referunt ad aſinos. Qui nimis longã inuidi ſunt, & referuntur ad canes. Qui quaſi quadratam audaces ſunt, & referũtur ad leones. Qui triſtem frontem habent melancolici ſunt. Qui frontem habẽt extenſam & latam adulatores, & aliorum irriſores ſunt. Hęc Ariſtoteles.

¶ Conſideratio Vndecima. Cuius labia magna ſunt ſtolidus eſt. inuerecũdus aliorũ irriſor. homo pauce ſapientię & diſcretionis multa loqt̃, & ĩmoderate, & turpia. Cuiꝰ labia inqt Conſtantinus non bene colorata ſũt debilitarẽ habet ĩinterioribus, & debilitatẽ & defectũ in epate, huius rei apparentia & probatio eſt in his q̃ in infirmitatibus laborant, ſanguis enĩ q̃ eſt in exterioribus corpis partibus, ad interiora colligitur. Subiungit idem. Coloris in labrĳs pulchritudo ſanitatem & bonam diſpoſitionem ſignat ſtomachi. Hæc ille.

¶ Conſideratio Vltima. Inquit Ariſt. quibuſcunq; labia ſubtilia ſunt & tenuitatẽ magnã habentia, ſunt hoĩes multarũ cogitationũ & boni ingenĳ, & ad magnanimitatẽ tendẽres. Quibus aũt labrũ ſupius cũ gingiuis multũ extra eminẽt, hoĩes ſunt contumelias faciẽtes diſplicentias & alios coſundentes. Inqt Conſtan. homines quibus fiſſure fiunt in labĳs. humores acutos in corũ habent ſtomacho, ſiccitatẽq; & ad infirmitates calidas tales ſũt diſpoſiti. Cõcludit Conſtan. æqualitates in diſpoſitione labiorum prudentiã animi, & bonum intellectũ pręſignat & morum conuenientiam.

Differentia Octaua: De Inditio

aliarum partiũ corporis humani, ut narium, uocis, naſus, iuxta Ariſtotelis. Conſtantini, & aliorũ philoſophorum ſententias & traditiones.

Conſideratio Prima. Inqt Conſtãtinus. cuius Nares ſubtiles. eſt homo diligẽs litteraturę, boni ingenĳ & diſcretionis, ſed eſt aſtutus callidus. alios hoĩes circũueniens. eſt homo q̃ humaniť loquitur cũ homine, ſed aliud cogitans. eſt detractor & aliorum irriſor. Subiungit cuiꝰ Nares groſſe ſũt eſt homo ſtolidus pauce ſapientiæ & diſcretiõis. eſt & inuerecundus. ſignat etiã hominẽ q̃ paruos habet teſticulos.

¶ Conſideratio Secũda. Cuius Nariũ extremitas longa eſt, homo eſt feſtinus in rebus agendis. in conſilio plus ſequit impetũ q̃ rationẽ, vnde & de factis ſuis ſępius penitet. Inqt Raſis. cuius nares late ſunt inuerecundus eſt & impudicus. Cuius foramina nariũ valde lata & apta ſunt hõ eſt iracundus, alios ledens & uindictã quęrens. eſt homo q̃ alĳs nocere cupit, & iuſticiã nõ diligens, omnia pro voluntate ſua fieri deſiderat. eius conuerſatio parum vtilis & fructuoſa.

¶ Conſideràtio Tertia. Cuius hominis Nares curte ſunt breues & groſſe hominẽ rixoſum ſignant, vani cordis, & elati animi, ſignãt hominẽ pauce diſcretionis & ingenĳ, plura loquit̃ talis q̃ facit. multa ꝓmittit pauca implet. Concludit Conſtan. qui nares habet ſtrictas inclinať ad infirmitates pectoris. Supfluitas enĩ q̃ fluere debet ꝑ nares ꝑ ſtrictitudinẽ nariũ impeditur & fluit uerſus pectus. vnde & hĳ ſæpius opitulationes nariũ incurrũt & capitis dolores patiunť. hęc ille.

¶ Conſideratio Quarta. Inquit Ariſt. in phiſionomia ſua Cuius vox grauis & diſtenſa homo fortis eſt naturæ, aĩoſi cordis audax & in corpe robuſtus. cuius aũt vox acuta & remiſſa timidus eſt & debilis naturę. Subiũgit. Indignatus aũt & iratus extẽdere cõſueuit vocẽ & acute loquit̃. Qui aũt remiſſus, remittit vocem & benigne loqtur. Subiungit Ariſt. aĩalia fortia q̃dam grauis vocis ſunt, timida aũt acute. Leo. n. taurus. & canis latrabilis. & galli. qui boni animi ſunt, grauit̃ vociferãt. ceruus aũt & lepus aĩalia timida ſunt, & acute ſunt vocis.

¶ Conſideratio Quinta. Inqt Raſis Almãſor. cuius loq̃la eſt velox & feſtina, homo eſt male ſuſpicionis. cito iraſcit̃. & malorum eſt morũ. eſt hõ clari animi, omnia ꝓ voluntate ſua deſiderat, ſępius tñ ſuo fruſtratur ꝓpoſito. eſt homo q̃ irridet alios & ſeipm extollit.

¶ Conſideratio Sexta. Inqt Conſtan. Cuius uox incipit ã graui & aſcẽdit in acutũ, ſignat hominẽ iratũ. audacẽ. impetuoſum & ꝓprĳ aĩmi. Subiũgit. vox groſſa caliditatẽ ſignat cõplexiõis, gracilis frigiditatẽ. cuius ſignũ eſt ꝙ viri voces groſſiores habent fœmis, eo ꝙ in eis plus vincit caliditas, & in mulieribus dominatur frigiditas. Concludit. Loquendi velocitas calidam ſignat complexionem. Et ſimiliter velocitas aperiendi & claudendi oculos.

¶ Conſideratio Septima. Naſus magnus impudiciciam ſignat & hominẽ inuerecundũ detractorẽ. & alios hoĩes deturpantẽ, eſt homo in loquendo indiſcretus, de rebus male cogitat, & male opatur. Naſi aũt acuitas. longũ collum. vox acuta. Inqt Conſtan. cõplexionis ſignat ſiccitatẽ. vnde ut poſtea dicetur, homines longũ collũ habentes inclinati ſunt ad pthiſim, & infirmitates cõſumptionis corporis.

¶ Conſideretio Octaua. Acutus naſus hominẽ ingenioſum ſignat boni ingenĳ & intellectus. eſt callidꝰ & aſtutus. eſt detractor & aliorũ reprehenſor, In verbis ſuis bene loquit̃, & in corde aliud cogitat. eſt homo inuidus. non eſt homo in toto fidelis, fingit ſe in pręſentia ſotialem & humanũ. in abſentia detrahit & mala loquitur de homine. & ſecundum Ariſtotelem aſſimulatur cani.

¶ Conſideratio Nona. Naſus ſimus & ad ſimitatẽ declinans hominẽ inuerecundũ deſignat & impudicũ, nõ eſt homo fidelis.

eius conuersatio non est grata & vtilis. studet alios confundere & seipm extollere. nec rectã ad hominẽ gerit voluntatem. Nasus vero aquilus iuxta Constãtini descriptionem signũ est fortitudinis fortunę & animositatis. est homo veridicus. iustus & pudicus. signat bonitatẽ discretiõis & intellectus. signat largitatem & dominium in alios. est homo talis humanus & recte cum hominibus conuersationẽ habens. hęc ille.

¶ Consideratio Decima. cuius Nasus ad ruborem uergit complexionis est calide, homo auarus & tenax. est homo declinatus ad infirmitates graues ad morpheam & lepram. est homo duplicis animi. eius conuersatio non est fructuosa nec humana.

¶ Consideratio Vndecima. Nasus longus & aliquantulum subtilis hominem astutũ signat, vani cordis & sermonis, plura loquitur q̃ oportet, vnde & sępius malũ euenit. Inqt Constã. Nasus parvus ad grossum tẽdens hominẽ signat propriį animi, plus ei q̃ alįs credit. multa loquitur supflua de homine. & est homo vani cordis.

¶ Consideratio Duodecima. Nasus in fine quasi habens punctũ cărnis deorsum. est homo boni ingenij & discretionis. astutus & prudẽs, multa cogitat, nec faciliter agit q̃ concipit sed diu deliberat. est homo in rebus suis secretus. Subiũgit Constan. Nasus rotundus & ad rotunditatẽ expositus signat hominẽ vani cordis. signat hominẽ q de seipo multa dicit seipm extollit, & de se multa p̃sumit, alįs detrahit & seipsum cõmendat. plus inconstans q̃ bonus. hęc ille.

Differentia Mona. De significatione aliarum partiũ corpis humani, utputa, oris, auriũ, anhelitꝰ, colli, dentiũ, & linguæ, iuxta sapientũ traditiões.

¶ Consideratio Prima. Magnũ os inqt Constan. hominẽ audacẽ, inuerecundũ signat, loqtur talis male de hominibus & multa de se p̃summit. multa vorat & cõmedit. est homo in loquẽdo indiscretus. loqtur de quibus postea dolet, & ex eius loquela sępius nocumenta ei adueniũt. mores habet indisciplinatos. & aliorũ est deturpator. est hõ tenax. rixarum amator. grossi est ingenij & difficilis.

¶ Consideratio Secunda. Inquit Rasis Homo parui oris disciplinatus est, tñ instabilis & ꝓprij animi. est homo vani cordis alįs se offert & se sapientiorẽ omnibus credit. est timidus & secretus. Subiũgit. Cuius os fetet anhelitu hominẽ in interioribus deficientẽ signat & maxime in epate. vnde & digestiua virtus in tali est debilis. Timeat talis ydropisim ictericiam & infirmitates alias ex epatis indispositiõe & infirmitate euenientes. Inquit Constan.. Saluia lota & cũ sale mane comesta, fetori prodest oris, & eum aufert.

¶ Cśideratio Tertia. Oris flatus & anhelitus suauis, inqt Rasis hominẽ discretũ & prudentẽ signat & maxime phm̃. vnde laudatur Ptholonueus in prohemio Almagesti ex suaui anhelitu, quod cum magnũ philosophũ designabat, est homo talis in interioribus sanus & bene dispositus. est homo hũane conuersationis & bonę. hęc ille.

¶ Consideratio Quarta. Cuius aures sunt magnæ, homi nẽ signat inuerecundũ. loquacẽ. vani cordis & stolidũ. est homo pauce sapiẽtię. difficilis cogitationis & pauce discretionis. aliorũ est irrisor & male loqt̃ de hoibus. cuiꝰ aũt aures valde pue sũt hoiem boni ingenij signat. est socialis & hũanus hoibus alįs. est bñuolꝰ. nõ est rixosus, sed pacificus, oĩbus se humanũ exhibet & mitẽ. alįsq̃ cõplacere studet.

¶ Consideratio Quinta. Cuius aures ad longitudinẽ protenduntur iuxta Arist. asino assimulat. est homo vani cordis. dure cogitationis, pauce sapiẽtię & prudẽtiæ. est homo inuerecũdus & stolidus. brutaliter viuit. est audacis cordis, alįs non cedit, sed suũ propositũ defendit pertinax est & proprij anim. hęc Aristoteles.

¶ Consideratio Sexta. Collum subtile & longũ, hominẽ multa cogitantẽ signat. est homo astutus callidus & in rebus suis prudens. est inuidus, nec de alįs hominibus bene cogitãs, est tenacis manus & auarus. Inquit Constantinus talis timeat infirmitates graues, ut est pthisis. ydropisis. paralisis. & consumptionẽ corporis. In naturali enim dispositione talis est debilis, virtutẽ digestiuam habet debilem. vnde & sæpius infirmatur & capitis dolores incurrit.

¶ Consideratio Septima. Collum grossum & carnosum hominẽ fortis complexionis ostendit. Est homo talis iracundus, multa de se p̃sumit, alios contemnit, suã sequitur sententiã & voluntatem. est tamẽ in animo fidelis & rectę conuersationis cũ hoĩbus. quod ore loquitur uerbo complet. Subiũgit Constan. qui collum valde curtũ habet callidus est & astutus, sed homo mali cordis. alios sepe seducit & sibi vtilis est, eius conuersatio non est secura.

¶ Consideratio Octaua. Dentes parui ac debiles, qui cito in stuporẽ cadũt, bonitatẽ ingenij signant. est homo inuidus astutus, res suas occultat, & omnia secrete agit. est homo satis legalis hũiter cũ hominibus sua facta agens. estq̃ timidus. Inquit Rasis homo cuius dẽtes sunt inæquales in situ & figura sic, ꝙ quidam sunt rari, quidã spissi quidam lati & stricti, hominem audacẽ signant. inuidum, male de alįs hominibus sentientẽ. est aliorum irrisor & detractor. est tamẽ homo callidus & ingeniosus. Et Aristoteles cũ assimulat cani. Tenet talis homo iram, & de vindicta cogitat.

¶ Consideratio Nona. Cuius dentes inquit Constantinus sunt valde longi ex se protendentes de gingiuis signant hominẽ super-

bum inuidum & astutum. est homo audax mendax & duplicis cordis. est homo suspiciosus. alios reprehēdit & inuidet. Subiūgit, Dentes albi in hominibus signant hominē rectū & sinceri animi, & qui humaniter cū hominibus cōuersat, est fidelis cordis. studet alijs cōplacere, & qcqd loquitur verbo complet opere. Cuius aūt dentes sunt īmundi ad glau/cedinem tendentes est homo stolidus vani cordis. mali animi. est homo cupidus & auarus. alijs inuidet & sue vtilitati studet. est homo qui cito credit & instabilis est, duri ingenij & intellectus. de alijs male sētit. plus est malus q̄ bonus.

¶ Consideratio Decima. Inquit Constant. Dentes fortes signant hominē bone complexionis & bone dispositionis in cerebro. & sensibus interioribus, est homo longe vitæ & non faciliter infirmat, est hō audax & bone discretionis. recte loqtur & operatur. Concludit debi litas dētiū, debilitatē cerebri signat naturalit, & hō talis de facili caput dolet & infirmat, est hō cōuersationis bone, recti aī, & in agēdo rectus nemini nocet, sed cuilibet ꝓdesse studet. est boni īgenij prudēs & iust⁹.

¶ Consideratio Vndecima. Inqt Constan. Linguæ quali/tas cōplexionē ostendit stomachi. cutis enī & pellicula linguę cū pelli cula interiori stomachi de eadem sunt substantia. Siccitas ergo nimia liugue, siccitatē signat stomachi, & humorū acutorū in stomacho col lectionē. hūiditas aūt superflua līguę, hūiditatē in stomacho supabundā tē ostēdit. tempamentū aūt linguę tpamentū stoāchi ostēdit. hęc Cōst.

¶ Consideratio Duodecima. Lingua uelox ad loquēdum homo est uani cordis & suspitiosus cęteros contēnit & proprij est animi est homo q̄ ex facili causa in iram cadit & labit. Cuius lingua est balbu tiēs homo est instabilis, vani cordis & seipm extollens. Concludit Con stantinus. cum lingua accidentaliter balbutiens sit apoplexiā futuram minatur & paralisim, vnde & ebrij quorum lingua superflua humidi/tate inficitur, rectas voces & distinctas formare non possunt. hęc ille.

Differētia Decima: de Significa

tione aliarum partiū corporis humani, uidelicet Barbæ & Crinium, Menti, Risus, & Manuum, quid uaria mem/brorū dispositio in moribus præsignare hīt hominū.

¶ Consideratio Prima, Inquit Rasis Almansor, Barbæ & crinium spissitudo conditiones viriles ostendunt. Signant hominem boni animi perfectę naturę & bonę cōpositionis. Homo bene barbatus est bonę discretiōis & intellectus. Barba copiosa est signum constātię & animositatis. Subinugit vir bene barbatus in rebus suis est constans, & constanter agit. Est bonorum morum, integri animi & recti.

¶ Consideratio Secunda. Mulier barbata fugienda est, proprię enī uoluntatis est & animi. audax & superba. quicqd in animo concipit perficere intendit, est fallax & iracunda, omnia pro uoluntate sua vt fiant intendit, cum suum propositum non habet plorat & male/dicit, est impudica & calide complexiois. Tacere non potest, omnia se/creta manifestat. eius conuersatio est rigida & inhumana.

¶ Consideratio Tertia. Inqt Rasis Almansor, Eunuchus malorū est morū cupidus. stultus ꝑsumptuosus. Eunuchus aūt apparet q̄ sine testiculis nascit, uel paruos admodū habet, est talis in sermone & loquendo indiscretus, quod opere non potest lingua exprimit, & de re/bus turpibus, loquitur, est inuerecundus & in moribus indisciplinatus est homo cui fides non est, quod ore promittit corde contrariū cogitat. student hij cęteros decipere astuti sunt & callidi maligni aīmi. inuidi & instabiles. Concludit. Cui aūt barba nunq̄ apparet hij omnibus dete/riores sunt & plus maligni, horum conuersatio est fugiēda. Sunt enim de numero horū quos natura signauit.

¶ Consideratio Quarta. Mentū hominis carnosum & la tum, signat hominē fortem constantis anim i. signat hominem qui cum hominibus humaniter conuersatur & viuit. In rerum tamē cognitione & intellectu mediocris. Cum aūt mentum acutū est & bene carnosum, hominem boni ingenij signat. integri animi, & iudicij recti. est tamē ho prodigus plura dans inutiliter q̄ oportet. est appetens uanam gloriam in animo elatus. vult apud alios apparere liberalis & munificus, & in rebus suis excellens

¶ Consideratio Quinta. In cuius Mento apparet diuisio aut quasi foueæ signū est. hominis boni ingenij astutus, & prudens est, secretus in rebus agendis, multarū est cogitationū. est homo proprij animi, qd' proponit exequit, est homo boni cōsilij, diu deliberat anteq̄ aliquid faciat. Iniurias alteri non facit, nec pati potest, Iram tenet & vin dictam quęrit. pauca loquitur, sed multa cogitat nec alicui. quid agere velit manifestat. hęc Constantinus.

Consideratio Sexta. Mentum acutum sine crinibus, & cū paucis carnibus hominē inuidū signat, mala cogitantem & dolosa, est aliorum irrisor, seipsum omnibus prestantiorem credit. est discordiarū seminator. est vani cordis & male fidei.

Consideratio Septima. Inqt Rasis Almansor. Homo ra/ro ridens proprij est capitis & animi. est homo multa cogitās. est homo inuidus. seuer⁹, & crudelis. socierates hoim fugit, eius cōuersatio non est hūana. est hō inuidus, alios contēnens, & seipm oibus prudentiorē credit, eius cōuersatio fugienda est. & assimulat iuxta Arist. vrso.

¶ Consideratio Octaua. Homo qui sæpius ridet & modeste, est homo rectiusanimi, & recti iudicij. conuersatur cum hominibus humaniter omnibus prodesse cupit, benignus est & mitis, de rebus suis non est multum sollicitus. Inquit Constantinus. homo qui ridet alta & clamorosa voce inuerecundus est, & stolidi animi. proprij est animi, & maligni, humaniter se sermone apud hoies habet, sed cor eius est malignum. alijs nocere studet et cogitat. est hō duplicis cordis. & uani animi plus malus q̄ bonus, eius conuersatio est fugienda.

¶ Consideratio Nona. Homo qui cum ridet tussitat & animum habet grauem homo inuerecundus est & tyrannus. quomodo alijs noceāt cogitat, nec de aliquo bene sentit. Inquit Constantinus hō tidens q dentes detegit duplicis est cordis. aliud ore loquit̄, alind corde cogitat. multa se acturū promittit & nihil facit. est adulator & blandidor, sed maligni cordis. eius conuersatio est fugienda. est deceptor & rixarum amator. Iuxta Aristotelem assimulatur vulpi.

¶ Consideratio Decima. Inquit Constantinus, Ingenium facile & duplex ex manuū dispositione & figuratione accipitur. Cuius enī manus longe & digiti longi & subtiles, hominē boni ingenij signāt est astutus & prudens, multa cogitat, & in rebus suis agendis multum deliberat. est homo liberalis, & alijs tribuens. est homo conuersationis humane, studet alijs benefacere & complacere. est homo fidelis animi, quod ore loquitur corde intendit.

¶ Consideratio Vndecima. Inquit Rasis Almansor. Manus curte & breues & digiti grossi & curti. hominem stolidum & grossi ingenij designāt, est homo qui indiscretus est in sermone, & inuerecundus in factis. aliorum deturpator & seipsum laudat & extollit. Subiungit. Manus nimis graciles tyrannidē signant, & inuidum signant hominem, qui iram diu tenet & vindictam appetit.

¶ Consideratio Duodecima. Inquit Constantinus. cuius Manus pilose sunt & digiti, signat hominem inuerecundū, & impudicum multa loquentem, & est homo talis vani cordis, audax & mentis elate. Concludit Constantinus. Manus quę flexibiles sunt retro, signāt hominem boni ingenij. liberalem, disciplinatum, conuersationis humane, astutus tamen talis est, multa cogitat. In rebus suis agendis est diligens. Est homo bone fidei & fortunatus.

Differētia Undecima. De Significatione aliarū partiū corporis humani, scilicet, unguiū, Scapularum, Pectoris, & Brachiorum. in moribus & uitiis hominum.

¶ Consideratio Prima. Vnguiū subtilitas ingeniū signat & intellectus bonitatem. Inquit enī Constantinus, cuius vngues in longum tendunt tenues sunt & lucidi, hominem capacis signāt ingenij. recte de rebus iudicat, & uerā de rebus habet cognitionem. Est hoc signū recte philosophādi, & in scientijs proficiendi. Qui vero vngues habet grossos curtos & ad rotundum tendentes, homo est grossi ingenij male discretionis & intellectus. est homo vani cordis & stolidi. loquit̄ male de hominibus & alios confundit.

¶ Consideratio Secunda. Inquit Constantinus, Maculæ albę in vnguibus malā cordis nunciant, aliquēq; defectum & imbecillitatem partium cordis, aut eorum quæ circa cor sunt designant. Rasis tamē dicit q̄ talis dispositio in vnguibus multam cogitationem de rebus designat. & cordis anxietatem circa res agendas.

¶ Consideratio Tertia. Homo qui fissos quasi ungues habet. Inquit Constantinus rudis est, animi simplicis, & stolidi cordis. In interioribus defectū patitur. Subiungit. Caro subtilior quę est in homine, in pulpis est digitorum. vnde & prudētes medici hijs pulpis statum cordis in venis pulsantibus diiudicāt, & scdm diuersam pulsus dispositionem variū hominis in sanitate & infirmitate indicant statum.

¶ Consideratio Quarta. Scapularum amplitudo & quātitas hominem fortem in corpe ostendit, assimulatur enī iuxta Aristo. talis leoni, in cuius & corpore scapularum est amplitudo & quantitas. est homo talis audax, cōstantis animi, sed elate mentis, & fidelis animi Talem dispositionem scapularum dicunt habuisse Platonem, qui magni corporis & amplarum scapularum vir fuisse legitur. vnde & Plato a platea & ab amplitudine scapularum est cognominatus.

¶ Consideratio Quinta. Inquit Constātinus, Homo cuius ossa scapularum eminent, nec carnose sunt, est homo qui otio gaudet, nec labori aptus est. multa cogitat, & inuidus est, debilis est in corpore, sed agilis est homo, uani animi, & de rebus suis pauca cogitans. omnia fortunę committit. alios contemnit, & seipsum cōmendat.

¶ Consideratio Sexta. Pectus amplum & magnum hominem fortis naturę signat, & corpore robustum. est homo laboriosus & in rebus agendis diligens, est audax in animo & superbe mentis, est homo iracundus rixas diligit & contrarietates. Est homo cupidus, auarus. Constantinus. Homo aūt parui & stricti pectoris ex facili causa in infirmitates labitur. est hō difficilis, inspiratiōis & respiratiōis. Cuius aūt pectus in medio eleuatū aspicit homo, in rebus agendis est prudēs boni intellectus, sapiens & humanus est, homo in loquendo verus, qđ ore dicit opere complet. Est homo qui in rebus suis deliberat, & omniā secrete & occulte agit.

¶ Consideratio Septima. Cuius pectus pilosum est, inue-
recundus est & lasciuus. Impudiciciam rebus & verbis ostendit. est au-
dax & fortis cordis. in malū pronus. est homo qui alios irridet & de-
turpat se magnum reputat & alios despicit. est homo litigiosus qui ver
bis suis aliorū animos cōmouet, & in malū ducit. hæc Constan.

¶ Consideratio Octaua. cuius Pectus liberum est a pilis
signat hominē capacis ingen, ñmodestū, & in verbis suis nullum leden
tem. est conuersatiōis bonę & humanę, est homo nō fortis naturę sępius
cadit in infirmitates pectoris intelligendo, vt Constan. vult. de pectore
paruo & stricto, hoc enī frequenter in asinaticā cadit passionē.

¶ Consideratio Nona. Inquit Rasis. Longitudo brachio-
rum, hominē signant subtilis ingenij bone discretionis, est tamē homo
arrogans & superbe mentis. est homo q alijs dominari intendit & man
dare, omnia secundū suū animū ut procedant cogitat. & se rebus mul-
tis cōmiscent. Subiungit brachia nimis curta & breuia hominē signant
stolidū, proprij animi & voluntatis. est homo qui malas res cogitat &
in finem deducere intendit. Est aliorum irrisor, se extollit & alios cōsun
dit, eius conuersatio plus nocet q̄ prodest.

¶ Consideratio Decima. Inquit Constātinus, Longitudo
brachiorum vsq; ad genua, quod raro contingit, hominē elate mentis
signat, fortis cordis & animi. est audax & multis rebus se exponit, ex q-
bus pericula & damna occurrūt. Est homo liberalis, tamen impetu suo
multa agit & facit, nec de rebus agendis bene deliberat, aliorū non se-
quitur consilia, sed sua voluntate omnia agenda proponit. Subiungit
brachia valde curta & breuia respectu ꝓportione corporis, hominem
signant ingratum, signant hominē qui inpetū sequitur voluntatis suę.
est homo superbi animi, audax & inuidus, eius conuersatio fugiēda est.

¶ Consideratio Vndecima. Brachia, ampla, carne &
ossibus inqt Constan. hoiem signant audacē, fortē, & opa fortitudinis
presumentem. est homo presumptuosus se alijs preferens, & de alijs nō
bene sentiens, plus sibi q̄ alijs credit. est hō qui aliis obloquit, nec pru-
denter de rebus suis deliberat. est homo discretionis pauce, nec de futu-
ris multum cogitat, sensualitatem sequitur non rationem.

¶ Consideratio Duodecima & ultima. Cuius brachia pi
losa sunt hoiem impudicum rebus & uerbis siguāt, turpia loquitur &
agit, est homo suspicionis male, boni tamē ingenij & cogitatiōis plus
malus q̄ bonus, eius conuersatio est fugienda. Concludit Constantinus
Cuius brachia macra sunt valde & tenua hominē signant multarū co-
gitationū, in rebus suis secretū inuidū, astutum & callidū. in corporis
fortunę est debilis. Ingenij capacis sed dolosi, pulchre ore loquitur, sed
duplicis est cordis. alios contēnit & seipsum extollit. In seipso superbit
factis tamē se humanū cunctis ostendit.

Differētia Duodecima: huius

artis, In qua aliarum partium corporis humani olten
ditur indiciū, uidelicet Dorsi, Ventris, Costarum, Fe-
morum, Coxarum, Crurium.

¶ Consideratio Prima, Dorsum magnum & pingue
Inquit Rasis & amplum, hominem signat fallacē, pigrum, & ani-
mo audacem. est homo nō recte & perfecte discretionis tumultu &
animi voluntate omnia agit, nec de rebus agendis deliberat. Cuius
autē dorsum in acutū tendit hominem signat inuidū, pauce discre-
tionis, rixosum. pauce discretionis & intellectus, plus nocet eius cō
onuersatio q̄ prodest. inuerecundus est in verbis & rebus, mala lo-
quitur & operatur.

¶ Consideratio Secūda. cuius dorsum est subtile pau
ce carnis. Et cuius spina & ossa eminent. hominem signant inuidū
qui multa cogitat, rixas diligit. est homo q̄ inter alios discordias
facit. omnia secrete agit. est fallax vnū ore loquit & aliud in corde
habet. multa promittit verbis pauca complet, opere est ingeniosus
astutus & alios circumuenit, eius conuersatio non est humana.

¶ Consideratio Tertia. Cuius Venter pinguis est &
amplus non perfecte discretionis est in rebus, est homo crapulosus
impudicus sensualitatem sequitur non rationē, non bene deliberat,
nec recti & veri est animi. Venter paruus & strictus inquit Constan
tinus in longum extensus, signat hominem boni ingenij & abilem.
signat hominem qui in rebus suis diligentiam agit. est homo secre-
tus. est in rebus suis stabilis. nulli est aduersus quid agendum est ex
seipso intelligit & sapit. hęc ille.

¶ Consideratio Quarta. Homo pilosus in uentre inqt
Constantinus est homo calide cōplexionis, fortis stomachi. In lo-
quendo paratus & loquax est homo bone discretiōis. res suas pru-
dēter agit. diu deliberat. est homo vani cordis & elate mentis, alios
irridet & seipm extollit de se gloriat & sua facta magnipendit.

¶ Consideratio Quinta. Corte multū carnose pingue
dinem habentes inqt Rāsis hominem pigrum signant & stolidum.
est homo qui de rebus agendis pauca deliberat. Superbi est animi.
est homo rixosus & qui discordijs gaudet. Cuius aūt costę sunt sub
tiles pinguedine & carne superflua non obuolote, est homo boni in-
tellectus & prudentis animi, non multa loquitur, res suas pruden-
ter disponit. est a natura debilis, quietem diligit, nulli nocet. nec se
extollit. est contentus in suis, & recte cum alijs conuersatur.

¶ Conſſideratio Sexta. Cuius fœmur eſt ſpiſſum & pi
loſum ſignat hominem complexionis inquit Conſtantinus calide impudicum & inquietū. eſt animo prudens, de rebus recte iudicat. impetum tamē ſequitur naturę, non rationis iudicium. Conſtantis eſt animi. Quod ore loquitur corde intendit, & in rebus ſuis agēdis multum ſollicitus & attentus.

¶ Conſideratio Septima. Inquit Conſtantinus, Cuius femur non eſt carnoſum ſed oſſibus patens, eſt homo debilis in natura, de facile lapidem incurrit renum. In ſedendo eſt anxius & dolens. animo eſt timidus, ſecretus in rebus ſuis. ad generaconē prolis ineptus. Cuius aūt femur concludit Conſtantinus eſt facture & diſpoſitionis elegantis mediū inter groſſum & tenue, multitudine pilorum non occupatum, ſignat hominem boni animi. eſt homo caſtus & pudicus bene loquitur & recte operatur. in agendis eſt diſcretus & res ſuas ordinat prudenter.

¶ Conſideratio Octaua. Coxe bene pulpoſe ſiue carnoſe. ſignāt hominem animo conſtantem & audacem. eſt homo ſuperbus plura loquitur de hominibus q̄ oporter, ſe extollit & alios deprimit. Coxe autē non bene carnoſe debilitatē ſignāt crurium & partium inferiorū, talis enī in ambulando cito fatigatur. de facili dolorem partium inferiorum incurrit.

¶ Conſideratio Nona. Inquit Raſis Almāſor, Homo habens crura longa & ſubtilia, eſt homo boni ingenij, in conuerſando humnaus, in rebus ſuis ſecretus, pauca loquitur, & de rebus agendis bene deliberat. non eſt preceps in agendis, alioꝝ audit conſilia. Cuius crura ſunt piloſa multū. eſt homo naturę calide aſtutus & callidus. in animo mutabilis iracundus, lites diligit. & eſt impudicus laſciuiam uitę ſequitur. Cuius autē crura libera ſunt a pilis & proceritatem aliquam tendentia, eſt homo boni animi, diligit caſtitatem, eſt bone conuerſationis.

¶ Conſideratio Decima. Crura habentia amplas ſuras hominem in pedibus fortem ſignificant, ambulatorē fortem, & qui in via non de facili fatigatur. eſt homo conſtantis animi, audax & fortis, res impauide agit, & conſtanter. Cuius autē ſurę ſunt parue inquit Conſtantinus, debilitatē ſignat pedum, facile eorum fatigam oſtendit. vnde & tales ad podagram ceteraq; pedum vitia ſunt inclinati. Concludit paruitas ſurarum ingenij duriciam deſignant & animi imbecillitatem.

¶ Conſideratio Vndecima. Pedes magni in figura longi, oſſibus & carne obuoluti hominem laſciuum ſignant & impudicum & verbo & opere. eſt homo duri ingenij & pauci intellectus eſt homo veri animi & mali cordis, eſt ſtolidus & aliorum irriſor. Pedes aūt ſubtiles non nimis longi ad tenuitatem diſpoſiti bonum ſignant ingenij, hominem ciuilem & humanæ conuerſationis nulli aduerſum, nec contrariū. quod ore loquitur corde intendit, eius amicicia eſt honeſta & vtilis.

¶ Conſideratio Duodecima, Plante hominis late & modice, ſenſibilitatis hominē ſignant, vani cordis, ſtolidū & pauci ingenij. eſt homo indiſcretus & impudicus multa loquitur & mentit de rebus agendis pauca diſcernit, & beſtialiter viuit. Homo aūt habens plantas ſubtiles quę facile ſentiunt hominē bone diſcretionis & cognitionis oſtendit. Signāt hominem in animo prudentem fidelem & rectum. quod ore loquitur corde intendit. eſt in agendo pudicus. neminem ledit. cum omnibus recte & humaniter viuit. eſt ſocialis, & de iniurijs hominum illatis dolet. pacem diligit & quietem. Hæc Conſtantinus.

Differentia Vltima. Comprehendens eorum indicia, de quibus in præcedentibus mentio non eſt facta. Iuxta Raſis, Conſtantini, & aliorum Philoſophorum dererminationem.

¶ Conſideratio Prima. De ſignificationibus ingenii & Philoſophi, Inquit Raſis Almanſor ſtatura Philoſophi erecta non modo alta & procera, nec nimis parua & decliuis. Facies aliqualiter oblonga. oculi ſubtiles. barba ſufficiens, capilli inter multos & paucos medium habēr. ſunt miſti criſpi & glauci. Manus eius plane, digitos habens ſubtiles & longos, & bene flexibiles ante & retro, magis tamen retro. Frons magna, vox ſuauis, naſus ſubtilis aſpectus eius ſimilis ridenti. Non eſt iracundus. eſt pudici animi, aſpectus eius conſtans. Non in animo pertinax. Concludit Conſtantinus. maxime ad Mathematicę ſtudium & quadruuium complexio inclinatur colerica. Et eſt homo fuſce cōplexionis & nigre. Vultum & faciē habens oblongam, nigrorū capillorū & criſporū.

¶ Conſideratio Secunda. De ſignificationibus boni intellectus naturæ bonæ & diſcretiōis claræ & rectæ.

Inquit Almanſor. Signa bonæ naturæ ſunt carnes leues & ſubtiles & molles & pauce. Corpus enī craſſum & pingue, groſſam ſignat naturam. intellectum paruum, non diſcernentē rerum naturas. Inquit Conſtantinus, homo boni intellectus eſt q facie eſt macer, non rotundam habens faciē, ſed oblongam, cuius facies media eſt inter

crassum & macrum. Cuius transitus non nimis velox, nec tardus. velox enī transitus & ambulatio hominē vane signant mentis, hominem qui non deliberat, & qui omnia impetu agit. Tardus etiam transitus hominem signat pigrū. signat hominem qui de rebus nō multum cogitat, nec rem ad plenum discernens. Hęc ille.

¶ Consideratio Tertia. De significationibus inuerecūdiæ, & q̄ sunt signa hominis disciplinati & uerecūdi.

Inuerecundus naturaliter est inquit Constantinus, cuius oculi sunt multum foris eminentis & magni. Cuius os est loquax & magnū. oculi inconstantes. Qui in ambulando oculos vagos habet. Cuius facies rotūda multum. In cuius facie multum apparet de sanguine. Homo breuium manuum, & digitorum curtorum. Cuius mandibulæ magnę, venter magnus & extensus, brachia magna & curta, & breuia. & labia grossa. Subiungit generaliter aūt verecundi hominis signa sunt facici, pulchritudo oris decēcia, labia subtilia, manus subtiles & digiti, transitus mediocris, verba suauia, in loquendo vrbanitas. Specialiter tamen verecundia hominis in multis considerationibus dictum est superius.

¶ Consideratio Quarta. De significatione generali Fortitudinis, Audatiæ, Iracūdiæ, & cōstantis animi.

Inqt Rasis. Audax est & fortis cuius capilli fortes sunt erecti & asperi, hoc enī signat humorum calidorum multitudinem, caliditatem aūt corporis fortitudo generaliter sequitur, quemadmódū frigiditatem debilitas. vnde & videm⁹ viros qui calidi sunt fortiores esse naturę & cōplexionis q̄ mulieres. Subiungit. Corpus forte est, cuius ossa fortia, extrema costæ, iuncturæq; magnæ & fortes, pectus magnum, venter magnus, collum grrossum & forte, thorax latus frons sine rugis, iūcturarum & digitorum fortitudo, nares paruę. In pectore pilosus talis est iracundus & natura conseruans.

¶ Consideratio Quinta. De Significatione Timoris, Pusillanimitatis, & Timidi cordis.

Inquit Rasis. Timidus est cuius pili plani sunt. manus subtiles. & pedes. Cuius corpus macrum, intuitus hominis timidi, assimulat homini quia a natura est tristis. Constantinus. Homo timidus complexionis est ut in plurimū nigre, signat enī hoc dominium melancolię. Melancolia est humor timoris. vnde & hī qui materia melancolia abundant a natura timent, solitaria diligunt, conuersationes hominū fugiunt soliq; esse affectant, & nullo imminenti periculo, animo prosternuntur. Animal magni cordis timidū est exēplificat Aristoteles de asino. ceruo. lepore. & agno. Animal pui cordis audax est & fortis animi, exemplificat de leone & apro.

¶ Consideratio Sexta. De Complexione grossa quiā ineptitudo sequitur morum & connuersationis inhumanitas.

Inquit Rasis Qui multum albus est, uel excellenter niger grosse est complexionis. Cuius digiti curti & breues, facies rotunda in maxillis carnis multitudo. in collo & pedibus carnositas multa, grossa vox, brachia crassa, & pedes magni, vēter magnus, facies nimis ampla & lata, nasus magnus excellenter, eius longitudo inqt Constantinus hominem inuerecunduin ut dictum est ostendit.

¶ Consideratio Septima. Sanguis superfluitas in humano corpore.

Inquit Constātinus noscitur ex faciei rubedine insolita, oculorum inflatioe & venarum. vesicule in ore apparent, & labrjs. est plus solito in pectore calor. vrina apparet rubea & spissa. grauatur caput & dolet. in dormiendo sentitur grauitas in eo latere in quo quis iacet. Signa autē corrupti sanguinis inqt idem Constantinus est pruritus continuus oriuntur vlcera siue sanie materiam sanguineam in se habentia postulę in corpore apparēt sanguineę. vnde suadent medici sanguinem esse corrigandum & purgendum medicinis apparatis fumus terræ materiā sanguinis mundat. competit sanguinis minutio maxime in vere & autumno. hęc Constantinus.

¶ Consideratio Octaua.. Colera cum abundat in corpore humano amaritudo fit in ore, ebulit amaritudo a stomacho in os, lingua exiccatur & fit amara, siccitas insolita in ore apparet. continuus dolor sentitur in capite. egestio est difficilis sicca, exiccatur homo in corpore & facie. sentitur in corpore humano superca-lefaccio assidua pulsus est citus, faciei dispositio ad calorem declinat citrinum. nimium humiditas linguę, est continuus appetitus in bibendo, nec eius saciatur sitis, ea inquit Constantinus, exhibenda sunt quę coleram purgant, rectificant & mitiorem efficiant. Cum colera augetur superflue rapitur in caput, sensus interiores turbat, & fit homo freneticus. hæc ille.

¶ Consideratio Nona. Nimia Flegmatis augmentatio inquit Constantinus, sputum exauget humiditas est superflua linguę, ut homo recte verba perficere non potest, quasi palpitādo eius lingua loquitur, & quasi paralitica apparet. Linguę naturalis dispositio variatur non apparet in colore rubea, sed quasi subalba bibendo minimus appetitus, vrina est alba & indigesta, oculi & caput grauatur, semper dormire appetit, & requiem. sit corpus tandem & pigrum, digestio tarda & mollis est grosse capacitatis, pili cito crescunt & crines.

¶ Consideratio Decima. Signa abundantis Melancoliç inquit Constantinus. In facie color fuscus, sauguis niger, ingenium grossum & difficile. Homo melancolicus est timidus solitudinem diligit, non est conuersationis humanę & bonę cum hominibus. est homo inuidus, parcus, tenax, & cupidus. Est homo suspicios⁹, male de alijs hominibus loqtur & cogitat varia, facies eius est liuida & ad pallidit⁹tem tendens. Homo melancolicus mirabilia imaginatur, cum seipso loquitur cum ambulat, ex imaginatione manus in parte posteriori in dorso iungit, & sic cum seipso lotur ambulando, habet cor malignum, & alijs nocere intendit.

¶ Consideratio Vndecima. Inquit Constantinus. Aliq homines inueniuntur, qui in ambabus manibus ad operandū eque fortes inueniuntur. hij boni sunt cordis & fortes animi, tamen maligni. Sunt homines superbi, elati aīmi. aliorum irrisores, alior⁹ de arpatores, & seipsos extollunt. Sunt homines suspicios⁹, mala de alijs loquuntur & cogitant, sermo eorum est fallax, impudici sunt animi, nec cor eorum est rectum, eorum conuersatio plus nocet q̄ prodest. Sunt homines iracundi & appetunt vindictā. hæc ille.

¶ Consideratio Duodecima & ultima generalis artis Phisionomiæ concluſiua.


Inquit Constantinus in complemento huius operis. Hęc est generalis huius artis conclusio & iudicij corporis humani vera scientia, omnis homo in aliqua dispositione genitus vltra naturę cursum cōmunem a natura signatus est in bonum uel malum, magis tamē in malum. Natura enī quæ dei est ministra & voluntatis semper p⁹ferens & bonum intendit, aliquādo aīit impedita prę̄ter cōmunē cursum operatur & agit, & effectum monstrosum producit. In quo aliquod futurum monstrat & prę̄signant. Concludit Constantinus Homo sine naso genitus strumosus caudatus, aut quacūq; alia dispositione contra cōmunem cursum naturæ ꝓductus plus in malū q̄ in bonum suū deflectit animū. Ratio tū concludit Constantinus in oppositum potest, & id quod a natura malū est in melius potest commutare. Hęc itaq; est artis phisionomię scientia & partiū corpis hūani in bono & malo alijsq; ꝓprietatibus iudicādi scientia ex magistralis Phisionomia Constantini, Rasis Almāsoris, aliorūq; phōrum sentētijs in vnū fideliť collecta

Iu laudem dei, cui maiestas, laus, & imperium sine fine. AMEN.

Impressum Cracouiæ per Hieronymum Victorem suis expensis. Anno Domini Millesimo quingentesimo. decimo octauo. Mense uero Iulii. die septimo.



BIBL. UNIW. WROCŁAW



Konserw. i oprawę wyk.:
Krystyna Opala
(1990)

